Digitized by Google

2
3
57
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

Ex Munificentia
Principis 1789=

2.3.57
2.G.3

Digitized by Google

CODEX

LAURESHAMENSIS

DIPLOMATICUS

TOM. III.

2.3.57

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX
PRINCIPIS OLIM
LAURESHAMENSIS
ABBATIAE
DIPLOMATICUS
EX
AEVO MAXIME CAROLINGICO
DIU MULTUMQUE
DESIDERATUS

EDIDIT RECENSUIT
ET
PRAEFATA EST
ACADEMIA
ELECT. SCIENT. ET ELEGANT. LIT.
THEODORO-PALATINA

TOMUS TERTIUS

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXX.

1770

Digitized by Google

STETIMUS promiſſis, & quidquid operis evulgandi ſupererat, cum indicibus ſuis tertio hoc volumine producimus. Nihil omiſſum, niſi quæ nullius plane uſus; imo traditionum literæ non paucæ, tomo primo jam datæ, tertio hoc redeunt. (a) Manu non una, nec uno tempore, codex tantæ molis conſcriptus eſt, in uſus privatos, non publicos; quare inter ſe omnia non optime cohærere, nemo mirabitur. Indicavimus paſſim, quibus nosmetipſi legendo offenſi ſumus, varietates inæquabiles, intermixtis breviſſimis hinc inde ad verba quæ-

(a) Pag. 274 ſqq. maxime.

dam obſcuriora annotationibus, non pro magnitudine & conditione operis, ſed pro inſtituti noſtri ratione, qua capita & argumenta potiora commentationibus noſtris academicis explicanda reſervamus.

Neceſſarii magis & operoſiores longe fuerunt indices tripartiti, ad Gudenianam prope methodum, quæ plurimis nunc placet, confecti. Geographicus ultra bis mille nomina topica, onomaſticus perſonarum duplum fere continet. Res & voces aliæ, quas hi non admiſerunt indices, in tertio denique comparent. Poſtremo obſervationum ad emendationem totius operis, nævis hinc inde ſuis infecti, ſpectantium appendiculam adjecimus, quam legiſſe neminem, credimus, poenitebit.

In collocandis & ordinandis ſecundum dignitates

tates

Digitized by Google

tates ſuas perſonis, eccleſiaſticis & ſecularibus, quæ indicis onomaſtici partem priorem conſtituunt, formidine magis quam audacia peccare maluimus, certa ab incertis, ex codice ſaltem noſtro, ſedulo diſtinguentes, ne & nobis accidat, quod aliis in hoc laboris genere accidiſſe videmus, qui cum ingenio ſuo & conjecturis nimio indulſerint, indices ſuos maculis haud paucis contaminarunt. (b) Accidere autem hoc, ſilentibus tabulis antiquis, eo facilius poteſt, quo remotiores a nobis ſunt, quos per ordines deſcribimus, homines. Res Carolino imperatorum ævo difficilior longe, quam Saxonico & Salico.

In-

(b) Notari hic meretur index noviſſimus, quem *codici* ſuo *diplomatico Quedlinburg.* ſubjecit Ant. Uldaricus ab Erath, qui cum in Ottonis III diplomate an. 993 *Herimanni Palatini comitis... Deoderici Palatini comitis ejusque fratris Sigeberti comitis* nomina legiſſet, eos omnes ad Palatinos Rheni comites in indice perſonarum retulit, quibus tamen unicus Herimannus jure quodam ſuo accenſeri poteſt. Deodericus enim & filius ejus Sigebertus ad Saxones pertinent.

Indicis onomaſtici pars altera, quæ hominum vel incertæ vel infimæ conditionis, utriusque ſexus, nomina ſiſtit longiſſima ſerie, in multis convenit cum *catalogo nominum propriorum, quibus Alamanni quondam appellati*, ex vetuſtiſſimo monaſterii S. Galli codice quem Goldaſtus (c) produxit. Hic maſculina a femininis, Alamannia Theutonica a Curienſi & Burgundica quatuor capitibus ſejuncta. In noſtro, qui copioſior, ſi fieri commode potuiſſet, diſcerni debuiſſent Francica ab Alemannicis, utraque natio cum in pagis & civitatibus noſtris promiſcua invaluerit, illa dominatu, hæc numero. Mancipia, quæ cum liberis & ingenuis, ut alibi factum, miſceri noluimus, ad Alemannos, gentem victam, referenda eſſe nulli dubitamus. At nomina ſervilia, aliter longe quam apud Romanos, a reliquis

(c) *Alamannicar. rer. ſcriptor.* tom. II, part. 1, pag. 122 ſqq.

Digitized by Google

liquis non diverſa, imo communia potius liberis hominibus atque mancipiis vocabula nobiliſſima (d) fuiſſe, inſpecto indice noſtro quisquis obſervabit. Unde Francica ab Alemannicis, tum ſaltem, quo Laureshamenſis abbatia ſurrexit, id eſt, ſeculo octavo & nono, nequaquam variaſſe colligimus, ſive quod a dominis ſuis impoſita vocabula mancipiis fuerint, ſive quod hæc amiſſa libertate priſtina ſaltem nomina retinuerint. Univerſa fere domeſtica ſunt, inventa pro arbitrio, peregrina pauciſſima, (e) quæ vel Chriſtianiſmus invexit, vel a Romanis, rerum olim dominis, remanſerant. Inverſo nunc more peregrina dominantur, actis in exilium domeſticis plerisque, niſi quod horum multa in gentilitiis

(d) E. g. Adalfrid, Adalhard, Adalmann, Adalrich, Adalſuind, Adelburc, Adelheit, Franco, Sigemund &c.

(e) E. g. Adrianus, Andreas, Baſilia, Benedictus, Benedicta, Bonifacius, Chriſtianus, Clemens, David, Georgius, Jacob, Juſtitia, Laurentius, Maximus, Paulus, Petrus, Salemon, Samſon, Samuel &c.

Digitized by Google

nominibus, diu poſt exortis, adhuc ſuperſint. Varia & incerta plane tum temporis fuit, uti pronuntiandi, ita ſcribendi ratio, orthographia fere nulla. Scribæ, Latinis tantum literis aſſueti, barbaram ipſi habebant vernaculam ſuam, ob enuntiandi ſcribendique difficultatem, quam ut mitigarent, Teutonica vocabula Latinis plerumque terminationibus auxerunt. (f)

In noſtro autem indice terminationes has Latinas negleximus, ut puritati ſuæ redderemus, quæ præpoſtero elegantiarum ſtudio videbantur eſſe corrupta.

At quantacunque fuerit vernaculæ noſtræ ævo Carolingico barbaries, longe minus reprehendenda eſt, quam monachorum ſeculi XII in deſcri-

(f) Præter ſuetam Latinorum terminationem in *us*, majores noſtri valde adamarunt nomina ſua deſinere in *o*, genitivo *onis*; unde Ado, Alto, Amalo, Arbio, Babo, Bebo, Benno, Benzo, Berno, Betho, Bicko, Bubo, Dudo, Emicho, Erneſto, Giſo, Hatto, Lantbodo, Nebo, Otto, Ratbodo, Wacho, Witegowo &c.

Digitized by Google

ſcribendis cœnobii ſui tabulis antiquis temeritas, quæ tum ex locis paſſim notatis, tum vero ex illis potiſſimum chartarum exemplis elucet, quæ neſcio quo errore bis deſcripta ſunt in uno eodemque codice. Contigit hoc multis pagi Rhenenſis traditionibus, in quibus Willeharii presbyteri donatio, (g) cujus in exemplo priore villa *Bochingin*, in poſteriore *Buckingen* ſcribitur, ut alias variationes minores, *Willaharii* & *Willeharii*, *Rinenſis* & *Renenſis*, *Birſtat* & *Bierſtat* mittamus. Quæ alibi primo loco *Liebetaga* mulier & *Wizillai* villa audiunt, poſtea *Leobedaga* & *Wizillin* appellantur. (h) Si probe examines, exempla priora cum autographis ſuis magis conſpirare, poſteriora ad mutatam ſeculi XII loquendi formam inclinata eſſe nobiſcum

(g) Tom. I, num. 172, & tom. III, num. 3782.

(h) Num. 173 & 3785.

Digitized by Google

agnoſces. Quidquid hujus rei ſit, variationes ubivis plurimas deprehendimus, non tam vitio linguæ, quam ſeculi, verborum ſuorum literis recte exprimendorum ignari. (i) Sunt nomina, quæ per tres vocales variantur, (k) imo per quatuor. (l) Sed & in conſonantibus mira permutandi, aſpirandi, duplicandi, tranſponendi, ad-

(i) Variationum primaria ſedes eſt in vocalibus, ſimplicibus atque compoſitis, in quibus permutari ſæpiſſime videbis

A & E, Adal & Adel, Aberhild & Eberhild, Amicho & Emicho, Angilolf & Engilolf &c.

A & I, in mediis præſertim vocibus, e. g. Faramann & Farimann, Giſeldrud & Giſildrud.

A & O, Adalfrid & Odolfrid, Sawelnheim & Sowelnh. Udalſuind & Udolſu.

Au & O, Helmgauz & Helmgoz, Mauricho & Moricho, Aurendil & Orendil, Autfrid & Otfrid.

E & I, in Eberwin & Iberwin, Erenfrid & Irinfrid, Beligard & Biligart.

E & O, in Baderich & Badorich, Dietger & Diotger, Gomedrut & Gomodrud.

E & U, in Eberwin & Eburwin, Erneſt & Ernuſt.

E & Ei, Egilolf & Eigilolf, Egilrat & Eigilrat, Eberkar & Eiberkar &c.

Ei & Eo, Bleinſuint & Bleonſuint.

O & U, Albolf & Albulf, Bernoin & Bernuin, Frotuin & Frutuin, Odalrat & Udalrat, Rotbert & Rutpert &c.

(k) E. g. Batagis, Badogis & Badugis; Hadebert, Hadobert & Hadubert; Hagano, Hageno & Hagino; Managold, Manegold & Manigolt; Salacho, Salecho & Salucho &c.

(l) Hadabald, Hadibald, Hodobald & Hadubald.

Digitized by Google

addendi, auferendi licentia regnat, non magis propter varias linguæ dialectos, quæ adhucdum vigent, quam ex orthographiæ tum nondum ſtabilitæ defectu.

Scribendi tamen ratio veterum, quantumvis fluctuans, ad veritatem propius in multis acceſſit, quam noſtra, in locorum præſertim nominibus, quorum plura ſucceſſu temporis mire depravata ſunt. Quis e. g. vetus Agrisdesheim in noſtro *Oggersheim*, ut locis nobis proximis inhæreamus, quis Ottincheim in *Edigheim*, Agmarsheim in *Omersheim*, Richinesh. in *Rucheim*, Sunthove in *Sandhofen*, quæreret?

Præſtant indices noſtri hunc præſtantiſſimum uſum, ut non ſolum vera nomina nos doceant, ſed etiam ad origines eorum etymologicas, ſi geographicus & onomaſticus inter ſe conferan-

 tur,

Digitized by Google

tur, ſæpiſſime perducant. E. g. in geographico habes ab initio nomina *Abenheim*, *Adelholdeshuſen*, *Adelricheim*, *Alahesheim* & *Alachſtat*, *Alaholfingen* & *Alaolfesheim*, *Altheim*, *Appinſtein*, *Babenheim* & *Babeſtat* &c. ac in onomaſtico ſi quæras, eadem nomina, dempta duntaxat terminatione *heim*, *huſen*, *ſtat*, *ſtein*, quæ villam, domum, manſionem denotant, reperies; unde Abonem quendam, Adelholdum, Adelricum, Alahonem vel Alachonem, Alaholfum, Altonem, Apponem, Babonem nominibus his & locis originem dediſſe, concludimus. Wiligarta ex alta Wernheri comitis proſapia orta, curtem ſuam cum Hornbacenſi monaſterio traderet an. 828, eam *ex atavae ſuae cognomine Willigartlawiſa ab incolis appellatam eſſe* teſtatur. (m) Habemus hic teſtimonium & exemplum illuſtre,

indita

(m) In literis ap. *Croll. orig. Bipont.* part. 1, pag. 106.

indita dominorum vocabula eſſe locis, quorum vel auctores fuerunt vel poſſeſſores primarii.

Circumfertur in Palatinatu ad Rhenum & magna multorum admiratione excipitur libellus de originibus ejus, geographicis & genealogicis, manuſcriptus lingua vernacula. Auctor dicitur Jac. Beyrlin, præfecturæ Landeccianæ in Schwechingen quæſtor Palatinus, qui ex Jo. Agricolæ, Ruperti imp. cameræ ſecretarii, viridario aliisque ſchedis collegerit, uti Agricola ex Jodoci Sabellini de Wyſſenburg, Caroli M. comitis ſtabuli, corpore antiquitatum ſua exſcripſiſſe traditur. Sunt exempla, quibus Gothonis comitis Palatini Tubingenſis nomen inſcriptum, a quo Mauritius Feslerus, cancellarius Wurtenb. corpus hoc antiquitatum acceperit a. 1412. *Antiquitates quasdam Palatinas* exinde cum monumentis aliis virorum in re publica & lite-

literaria illuſtrium, (n) Chriſtianus Lud. Miegius & Dan. Nebelius, ineunte hoc ſeculo publicarunt, ubi à Joachimo Camerario, Ludovici filio, ex ſchedis disjectis Johannis Agricolæ deſcriptas eſſe, in præfatione libri ſui annotant. At negat hoc ipſe Camerarius in ſuis de præfectura Germersheim. ad Alſatiam non pertinente ſchedis, quas tabularium elect. Palat. aſſervat. Liber quidem parvæ molis eſt, at nugarum & mendaciorum plenus, monſtrum hiſtoricum, quo vix aliud deformius, ut mirum ſit, viros oculatos eo ſeduci turpiſſime potuiſſe.

Antiquiſſimi Palatinatus ad Rhenum, quos novimus, incolæ fuere, in ſiniſtra Rheni ripa Galli, qui dicebantur Belgæ, in dextra Germani, qui erant Marcomanni. Celtica illi, hi Teutonica dialecto utebantur. Celticæ veſtigia adhuc

ſu-

(n) Part. I, pag. 251.

Digitized by Google

ſuperſunt in urbis Wormatienſis nomine, quæ Celtis *Borbetomag*, ut a Romanis accepimus, appellabatur; id quod Germani deinceps *Bormat*, *Wormat*, *Wormaz*, & per ſyncopen denique *Worms* pronuntiarunt. Eadem ratione ex Celtarum Mogontiaco Germanicum *Megunz*, contracte *Meintz*, ex *Brocomag* Alſatiæ *Brumat*, contracte *Brumt*, formata ſunt. Ex dextra Rheni ripa in ſiniſtram, paulo poſt Galliam à Julio Cæſ. ſubactam, Germani tranſierunt, Vangiones, Nemetes atque Triboci, qui in Wormatienſi, Spirenſi & Alſatiæ inf. agris conſederunt; unde provinciæ huic Gallicæ Germaniæ ſuperioris nomen à Romanis inditum. Germanica tamen lingua, in agros iſtos tum illata, brevi poſt a Latina victrice oppreſſa eſt.

Romani enim à Julii Cæſ. temporibus per quinque fere ſecula his in oris dominati, ſuum

Digitized by Google

in iisdem idioma ſtabiliverunt, ex quo vicus Palatinus *Altrip* (Alta ripa) vocabulum hodieque retinet.

At Romanis ſeculo quinto exactis Alemanni & Franci ſucceſſere, & cum iis lingua tandem victrix Latinæ ſucceſſit Teutonica. Agri inter victores diviſi, villæque Germanorum more ubivis extructæ, omnibus nova vocabula impoſita vel ex primi conditoris nationisve nomine, vel a fonte, rivulo, aut monte, vel a plaga coeli, ſolique natura, vel ab aliis denique cauſis tum exiſtentibus.

A conditore vel a colono quodam primario nomina exorta ſunt, quæ in *heim* deſinunt, pleraque. Voculam hanc Germanicam veteres per *villam* Latine reddiderunt. Ita Albulfesheim, quod nunc *Albsheim* dicunt, Ludovicus Pius

Al-

Digitized by Google

Albulſi villam, (o) Brittenheim ſeu Britzenheim, quod nunc *Bretzenheim* dicimus, *Brittanorum villam* traditio Fuld. an. 773 (p) appellat. Patersheim ſive Pfetersheim in noſtro codice *Paternovilla* Latine dicitur. (q) His præmiſſis inveſtigandæ & inveniendæ nonnullorum Palatinatus noſtri oppidorum atque vicorum etymologiæ faciamus periculum, a metropoli ejus, ut æquum eſt, ducentes initium.

MANNHEIM Wachterus (r) civitatem, oppidum, patriam, latiſſimo ſenſu regnum, & ſi quis malit, patriam fortium interpretatur, ſeductus procul dubio traditione iſta, quæ Mannhemii conditorem Mannum regem, trecentis &

 ſep-

(o) Vide *acta acad.* tom. I, pag. 259.

(p) *Schannat corp. tradit. Fuld.* num. XL.

(q) Tom. II, num. 820.

(r) *Gloſſar. Germ.* tom. II, col. 1036.

Digitized by Google

ſeptuaginta poſt diluvium annis, facit. (s) At pulcherrima hæc archiprincipum ſuorum & virtutis Palatinæ ſedes paucis abhinc ſeculis vicus fuit ignobilis, ante octavum ne nomine quidem proditus. Chartæ noſtræ *Mannenheim* conſtanter habent, a Manno vel Mannone quodam, Franco ſive Alemanno, uti a Babone Babenberg & Babenheim, a Buggone Buggenheim & Bucgenſtat dictum eſt. Obſervamus hæc, ne Mannenheim plurium virorum, quod Wachterus vult, collectionem ſignificare quis credat. *Manno* tum genericum tum proprium virile nomen fuit, in pago noſtro Lobodunenſi poſt ſeculum IX etiam obvium. (t)

Seckenheim olim *Sequanheim* dictum & a Va-

(s) Ita *Beyrlini antiquitates* in *monumentis viror. illuſtr.* pag. 251, *Seob. Fabricius de Manhemio* p. 8, & ex his inſcriptio portæ Mannenhemii Heidelbergam verſus.

(t) *Cod. dipl. Laur.* tom. I, num. 532 & 660.

Digitized by Google

Valentiniano imp. contra Sequanos, quos Romanis paruiſſe novimus, extructum eſſe, fabula habet. Veriora docent chartæ Laureſham. quæ *Siggenheim* appellant, id eſt, Siggonis villam, & Sicgonem quendam cum uxore ſua Geilſuint a. 780 in Ilvesheim, octennioque poſt alium in Handſchusheim nobis offerunt viventes. Videtur nomen hoc idem eſſe, quod Germanis victoriam denotat, unde compoſita *Sigebert, Sigmund, Sigfried* &c. Notiſſima eſt Friderici Victorioſi ad Seckenhemium victoria, ut duplici hinc jure *Sigenheim*, non Seckenheim, dicendum eſſet. Sunt præterea literæ aliæ, quæ *Sigiricheſheim* nuncupant, Sigerici, id eſt, divitis victoriis ſeu victorioſi villam, idque Sigerici nomen ſub Carolo M. quoque noſtris ex oris produnt. Hiſce admiſſis, uti admitti omnino debent, rem & nomen egregie conſpiraſſe multi concedent.

Digitized by Google

Walstatt Freherus a clade & internecione aliqua ſive Romanorum ſive Germanorum derivat. (u) Nobis vero *Walahaſtat*, uti veteres ſcripſere, & Walheim, olim *Walahesheim*, ſunt Walahonis villæ. Walahonem pagi Wormat. ſub Arnolfo imp. comitem alibi produximus. (x)

Sinsheim contractum ex *Sunensheim*, Sunonis villa. Suno quidam in vicino Elſenzgoviæ vico Huchlingen agros & prata S. Nazario obtulit an. 794. (y) Pudet nos fabulam referre, quæ a Synecriſa, ficta Maximini imp. an. 236 uxore, deducit.

Heidelsheim Craichgoviæ oppidulum ab Helena, Conſtantini M. matre, nomen adeptum fabu-

(u) *Orig. Palat.* part. I, cap. VII.

(x) *Act. acad.* vol. I, p. 291.

(y) *Cod. Laur.* tom. II, n. 2605.

Digitized by Google

fabulantur. (z) Veram originem produnt tabulæ noſtræ Laureshamenſes, quæ *Heidolfesheim* appellant, id eſt, Heidolfi villam, & Heidolfum quendam in ipſo Heidolfesheim nobis ſiſtunt an. 866. (a)

Bockenheim non ab hircis, quod crederes, vel capris, ſed a Buggone quodam nomen habet. *Buggenheim* enim aut *Buckenheim* primum ſcribebatur. Buggo vel Bucco teſtis Wormatiæ occurrit an. 1016, (b) ejusdemque cognomenti epiſcopus Wormatienſis Schonaugienſe ſupra Heidelbergam monaſterium ſeculo ſequenti inſtituit.

Hanheim a Gallis gallinaceis dictum putes. Nequaquam. Prima appellatio fuit *Hagenheim*,

Ha-

(z) *Freher. orig. Palat.* part. II, pag. 77.

(a) *Cod. Laur.* tom. II, n. 2182, p. 402.

(b) *Schannat. hiſt. Wormat.* tom. II, pag. 42.

Hageni vel Hagenonis villa. Wormatiæ vicus eſt *Hahngaſſ*, platea Hagenonis ſeculo XII Latine nuncupatus. (c)

Weingarten hortum viniferum vulgo ſignificat. At veteres *Wingartheim* ſcripſere, Wingarti villam, & Wingartum quendam Laurishamenſi cœnobio prædia quædam in pago Alemanniæ tradidiſſe reperies.

Winweiler unde acceperit nomen, cum nullum ibi vinum gignatur, dubius hærebit, qui *Wunnivilare* olim dictum, & *Wunne* proprium feminæ nomen, jucunditatis aut amœnitatis ſignificatum habens, fuiſſe ignorat.

Præter primorum poſſeſſorum nomina, quæ multis locis inhærent, ſunt quoque alia a ſitu locorum, id eſt, vel a plaga cœli, vel a natura ſoli, deducta.

Ad

(c) *Schannat* ibid. pag. 77.

Digitized by Google

Ad primam locorum claſſem, quæ a rivulis appellantur, referimus potiſſimum ea, quorum nomen in *bach* deſinit, adeo ut ignota hodie plurium rivulorum vocabula ex vicis ad illos poſitis erui poſſint.

Carbach itaque vel *Carlebach*, duplex vicus, major & minor, rivuli, qui eos alluit, nomen gerunt. Fluvii hujus *Karlebach* & accolarum ejus usque ad Kircheim mentionem facit inſtrumentum epiſcopi Worm. ſub initium ſeculi XI. (d)

Otterbach eſt vicus ad Otteram, ad cujus fontes *Otterburg*, vel uti hodie pronuntiatur, *Otterberg*, caſtrum primo, dein monaſterium, nunc oppidulum jacet. (e)

(d) Ibid. t. I, p. 212.

(e) Huc refer *Mosbach*, *Hemsbach*, *Eberbach*, *Sulzbach*, *Reichenbach*, *Boſenbach*, *Jettenbach*, *Limbach*, *Gimsbach*, *Laudenbach*, *Hilsbach*, *Steinbach &c.*

Digitized by Google

Ad Spiram ſunt *Speyer* civitas, vicique *Speyerdorff* & *Hochſpeyer*; ad Selſam *Sels*, ad Appulam *Appel*, ad Aliſentiam *Alſeborn* & *Alſenz*, ad Elleram *Ellern*, ad Simmeram *Simmern*, ad Lutram *Lautern* & *Lautereck*, in angulo terræ, quem Lutra cum Glano juncta efficit.

Lutram oppidum a Lutrina, illuſtri femina Trevirenſi, quæ propter fidem Chriſtianam ſub Diocletiano imp. an. 292 in has Vogeſi partes ſeceſſerit, nomen accepiſſe majores noſtri crediderant. (f) At hujus nominis flumen ad oppidum oriri qui cogitaverit, oppidum a flumine, quod antiquius, non flumen ab oppido vocabulum ſuum traxiſſe mecum judicabit, tanto magis, quod id limpidum quid nobis deſignat, adeoque ad undam omnino, non ad feminam aut vil-

(f) *Seob. Fabricii Lutrea Caeſarea* p. 11.

Digitized by Google

villam referendum. Sanior ceteris Freherus, (g) qui hæc ipſa jam miſſis fabulis ſtatuit, recentiores rerum Palatinarum ſcriptores, quod data hac occaſione annoto, in errorem ſecum abduxit, quum *Luteram* (h) in tabula diviſionis regni Lothariani, & quidem in portione Ludovici Germ. an. 870 commemoratam, ad Lutram noſtram, Cæſaream olim, pertraxit, trahendam ſane, quod certiſſimum eſt, ad monaſterium Burgundiæ minoris, cum Murbacenſi Alſatiæ conjunctum, quod Teutonice *Luders* vocatur.

A montibus nomina locorum orta ſunt omnia, quæ in *berg* deſinunt, niſi vocula *burg* in *berg* corrupta fuerit, quod in *Ladenberg* & alibi accidit.

Heidelbergae noſtræ etymologia ſuperio-

(g) *Orig. Palat.* part. 2, pag. 57.

(h) *Annal. Bertin.* ad an. 870.

Digitized by Google

ribus ſeculis criticos Palatinos multum exercuit. Rem acu tetigit Paulus Meliſſus, poeta & poeſeos prof. celebris, qui *Myrtillorum montem* (i) Latine reddidit. Suum itaque nomen mons cum arce, arx cum oppido, ad pedes montis extructo, communicavit.

A plaga cœli *Oſthofen* & *Weſthofen*, *Nordheim*, *Weſtheim* &c. denominari, nemo dubitabit.

A natura ſoli *Sandhauſen* & *Sandhofen* nomen ducunt. Pro Sandhofen tamen veteres dixere *Sunthoven*, villa meridionalis, Nordhemio forte oppoſita. *Sulzen* ſalſuginem quandam vel terræ vel aquæ indicat.

Sunt denique nomina, quibus priſtinæ locorum indolis & ſtatus ſignificatio ineſſe videtur.

Wolff-

(i) *Freheri orig. Pal.* part. 1. p. 70. Adde Meliſſi epiſt. ad Juſt. Lipſium in *Burmanni ſylloge epiſtolar.* tom. I, CCCXXVI.

Wolffſtein aperte luporum rupem prodit; *Kaeferthal* ſcarabæorum frequentiam; *Lindenſels* tiliarum rupem. *Waltdorff* hodieque eſt vicus in ſilva.

Index tandem tertius rerum & verborum ita comparatus eſt, ut commentarii inſtar eſſe poſſit in explicandis pluribus verbis uſu & ſignificatu deſuetis. Difficilis doctrina & controverſa diu de manſo vel manſu, voce in tabulis mediæ ætatis frequentiſſima, fuit, agri menſuram quandam, at incertam, ea denotari multis reputantibus. At neque definitæ magnitudinis, neque agrum proprie fuiſſe manſum, vel ex indice noſtro luculenter patere credimus, quo ſi recte utimur, manſus fuit manſio ſeu habitatio ruſtica vel ſimplex vel cum aliis ædificiis, cum horto, pomario plerumque, nonnunquam cum agro aut vinea, pro magnitudine ſua, conjuncta, adeoque

 vo-

Digitized by Google

vocabulum non Teutonicæ, ſed Latinæ originis. Veteres Germanos junctas inter ſe ſedes paſſos non eſſe, ſed coluiſſe diſcretos atque diverſos, vicosque locaſſe, non in Romanum morem, connexis & cohærentibus ædificiis, ſed ſuam quemque domum circumdediſſe ſpatio, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi, Tacitus habet. (k) Scite, propter inſignia vitæ commoda, non inſcitia id factum ſi hic addamus, verba iſta in Francos & Alemannos noſtros ſeculi octavi & noni, ipſorumque manſos omnium optime quadrant.

Verum eſt, manſos eſſe in codice noſtro & indice de terra arabili vel aratoria commemoratos absque domo ſeu curia; id quod ſententiæ noſtræ valde repugnaret, niſi manſi ſervaſſe nomen fundum ex manſo in agrum, vineam aut ſimile

quid

(k) *De mor. Germ.* 16.

Digitized by Google

quid converſum, ex Rohonis traditionis charta conſtaret, an. 782 data, qua duo in Wibelinga manſi S. Nazario oblati ſunt, *quorum unus in vineam redactus, alter inhabitatur.* (l) Deinde ſunt chartæ plurimæ, in quibus manſus a terra aratoria, a vineis, pratis ceterisque hujus generis bonis aperte diſtinguitur. (m) Neque hoc negandum, pleonaſtice & confuſe quædam eſſe hinc inde dicta, (n) quæ cum noſtra tamen manſi definitione conciliari facile poſſunt.

Habent jam poſteri, quod mirentur, ſummæ ſeculorum ſuperiorum in monachos liberalitatis documentum tam illuſtre, ut villas, eccleſias, prædia, manſos, hubas, curtes, caſas, curias, mancipia, ſervos &c. tanto numero uni cœnobio offerri potuiſſe, niſi monumenta oblationum

certa

(l) Vol. I, pag. 575, num. 707.

(m) Vol. I, num. 357, 383, vol. II, n. 1058-61-64 &c.

(n) E. g. num. 498, 686, 837, 2473 &c.

Digitized by Google

certa remanerent, vix credituri eſſent. Mannenhemii primo abbatiæ decennio prope viginti donationes numeravimus, quarum auctores cum mancipiis ſuis omnem tum vicum hunc compoſuiſſe arbitramur, cujus ager anguſtior longe fuit, quam accreſcente deinceps Dornhemio, aliisque forte villis dirutis, evaſit.

Privatis hominibus exemplo ſuo præiverunt illuſtres, dynaſtæ, comites, reges & imperatores, in quibus a Carolo M. usque ad Henricum IV vix unum & alterum reperimus, qui monaſterium Lauresh. aut villis integris, aut bonis aliis, aut juribus & privilegiis non auxerit. Carolus M. Rudgangi & Gundelandi abbatum conſobrinus, Heppenhemium ad ſtratam montanam & Oppenhemium ad Rhenum, loca ſitu & fertilitate ſoli præſtantiſſima, primis regni ſui annis contulit. Ludovicus Pius a ſua in omnes lenitate

Digitized by Google

tate notiſſimus eſt. Filii & ſucceſſores ejus tum ſedem proximam habere, tum ſepeliri in hoc monaſterio voluerunt; tritiſſima piis donationibus acquirendi ratio. Reges Saxones prodigi magis quam liberales dicendi ſunt, ab immodica ſua in eccleſias munificentia, quippe qui prædia & ſilvas dediſſe non contenti, regalia monetæ cudendæ aliaque jura addiderunt. In Saxonibus tamen hiſce excipiendus eſt Henricus I cognomento Auceps, uti in Salicis Henricus III, de quibus novi quid dediſſe non conſtat, conſtat autem principes arte regnandi fuiſſe peritiſſimos, & de regno præ ceteris bene meritos.

Poſtremo omnium obſervationum, ad emendationem totius operis ſpectantium, appendicula comparet, in quam menda tum codici inhærentia, tum operarum noſtrarum culpa commiſſa, non univerſa, ſed potiora, conjecta ſunt, levio-

Digitized by Google

ribus & ſi quæ alia noſtros oculos effugerunt, lectori prudenti indulgentique, ut corrigat ipſe, relictis.

Scripſimus menſe Decembri MDCCLXIX.

Digitized by Google

MMMXXXI.

Donatio Folcberti in pago Erdehe in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Septembris, anno VI Karoli regis, ego Folcbertus & conjux mea Willicuma donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Erdehe* (a) in eadem marca, jurnales v de terra aratoria, & mancipium j &c. 27. Aug.

MMMXXXII.

Donatio Helmerici in Sonenlar.

Ego in Dei nomine Helmericus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Erdehe* in villa *Sonenlar* manſum indominicatum cum omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis. Similiter in eodem pago in villa *Waltringen*, & in *Dorenlar*, & in *Berenburſtorph*, & in *Jaghine*, & in *Folcoldingen*. Similiter in villa *Clutzarada*, ſuper fluvio Moſela, quidquid in his locis habere viſus ſum in terris, vineis, domibus, ædificiis, mancipiis, manſis, pratis, ſilvis, aquis,

(a) Pagum hunc minorem in majore pagoLogenehe comprehenſum fuiſſe, ex ipſis his traditionibus inter ſe recte collatis conſtat. Erdeha ſive Ardaha, hod. *Ard*, rivulus eſt, qui prope Dietiſſam (*Dietz*) in Logenam (Lahn) illabitur.

Digitized by Google

aquis, omnia a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, ſub die IIII no-
2. Jun. nas Junii, anno ſeptimo Karoli regis.

MMMXXXIII.

Donatio Adalungi in villa Hammingenwilre.

23. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Julii, anno XX Karoli regis, ego Adalungus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Erdehe* in villa *Hammingenwilre* quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & mancipia jx, omnia a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac Die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis &c.

MMMXXXIV.

Donatio Gerberti in eadem marca.

26. Apr. In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Maji, anno quinto Karoli regis, ego Gerbertus pro remedio animæ meæ, ſeu pro æterna retributione dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Erdehe in eadem marca jurnales ſeptem de terra aratoria a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c.

MMMXXXV.

Donatio Raberti in Bullintroph.

Nos in Dei nomine Adelrat & Rabenger donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Erdehe* in villa *Bullintroph* cur-

Digitized by Google

curtim cum ædificio ſuperpoſito, & quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, aquis, terra culta & inculta, & ſilvam illam dimidiam, quæ villæ præſatæ adjacet. Similiter ſilvam in *Waringer* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die XII kalendas Novembris, anno nono Karoli regis. 21. Oct.

MMMXXXVI.
Donatio Hartberti in eadem marca.

In Chriſti nomine ſub die V kalendas Maji, anno ſeptimo Karoli regis, ego Harpertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Erdehe in eadem marca jurnales jjjj de terra aratoria, & pratum j a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. 27. Apr.

MMMXXXVII.
Donatio Sigerat in Giſelbrechtehuſen.

Ego in Dei nomine Sigerat & filius meus Waldolf donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Erdehe* in villa *Giſelbrechteshuſen* quidquid ibidem proprium habemus in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die VIII kalendas Februarii, anno III Arnolfi imperatoris. 25. Jan.

MMMXXXVIII.
Donatio Grimoldi in pago Logenehe in villa Wanentorph.

Ego in Dei nomine Grimold pro anima Racheri dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Wanen-*

dorph manſum j & XL jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
8. Maj. Lauriſſamenſi, ſub die VIII idus Maji, anno XXXI Karoli regis.

MMMXXXIX.

Donatio Godfridi in eadem villa.

Nos in Dei nomine Godefrit & Starckmut pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Wanendorph*, & in *Sulmiſſa* hubas ſerviles jv, & jurnales xjj, & prata ad carradas xv, & mancipia xjjjj a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub
25. Febr. die V kalendas Martii, anno XV Ludowici regis.

MMMXL.

Commutatio Cunradi in Garwardeshuſen.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Gerhardum, abbatem ſancti Nazarii, & CUNRADUM COMITEM, ut aliquas res pro oportunitate locorum inter ſe commutarent, quod & pari conſilio & communi voluntate fecerunt. Dedit igitur præfatus abba ex parte ſancti Nazarii denominato comiti in *pago Wetdereiba* in villa *Gawardeshuſen* jurnales c & XL, & de pratis jurnales vjjj, & manſos jjjj. E contra dedit memoratus comes præfato abbati & ſancto Nazario in pago Logenehe in *Wanendorpher* marca in *Niuſeren* manſos jjj, jurnales xxxv, prata ad carradas jjj, in *Winterburc* j manſum, jurnales xxxjjjj, pratum j, in *Steindorph* jurnales jjj, pratum j perpetualiter ad poſſidendum. Propterea duas has cartulas uno tenore conſcriptas inter ſe habere voluerunt, ut uterque partem, quam acceperat, habeat atque poſſideat, ſuisque poſteris ad poſſidendum derelinquat, & hæc commutatio nullo

Digitized by Google

nullo unquam tempore violetur, ſed omnibus diebus firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die V idus Maji, anno ſexto Karoli imperatoris ſecundi. 11. Maj.

MMMXLI.

Donatio Woldarhilt in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Januarii, anno XX Karoli regis, ego Woldarhilt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* manſos jjjj cum omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid ad ipſos pertinet in terris, campis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia xxx, cum omnibus, quæ habere videntur, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. 17. Dec.

MMMXLII.

Donatio Werenolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Werenolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* quinque jurnales de terra aratoria a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die IIII kalendas Junii, anno ſeptimo Karoli regis. 29. Maj.

MMMXLIII.

Donatio Wuldarhildi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die XVIII kalendas Januarii, anno XXII Karoli regis, ego Vuldarhilt pro remedio animæ meæ 15. Dec.

dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jjjj manſos & quidquid ibidem habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terris cultis & incultis, & mancipia xxvj perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMXLIV.

Donatio Wolfardi in Wanendorph.

24. Jul. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Auguſti, anno XXXIIII, Karoli regis, ego Wolfart & ſocius meus Steinher donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* manſum j cum omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid ad ipſos pertinet in campis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia xjj perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMXLV.

Donatio Odilolfi in eadem villa.

8. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VIII idus Maji, anno XXVII Karoli regis, ego Odilolf pro anima Adelwiz & filii ejus Frumolfi dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Wanendorph*, & in *Germenzer* marca manſum j & hubam, & quidquid ad ipſam pertinet perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMXLVI.

Donatio Grimoldi in Wannendorph.

16. Apr. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Maji, anno XXVI Karoli regis, ego Grimalt pro anima Racheri & conjugis ejus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* quidquid habere viſi ſunt in terris, manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus ædificiis, perpetualiter ad poſſidendum &c.

Digitized by Google

MMMXLVII.

Donatio Theotbirch in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die idus Junii, anno XIII Karoli regis, ego Theotbirch pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Wanendorph*, & in *Niwora*, & in *Braitenbach*, & in *Heigrehe* xjjj hubas, & quidquid in his locis habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, & mancipia xljj a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c. 13. Jun.

MMMXLVIII.

Donatio Reginberti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Reginbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* manſum j & lxxx & prata ad carradas vj, & mancipia jj perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die II idus Maj, anno 14. Maj. XX Karoli regis.

MMMXLIX.

Donatio Reginhardi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Reginhardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* j biſangum a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die X kalendas Aprilis, anno 23. Mart. XXXVIIII Karoli regis.

MMML.

MMML.

Donatio Sigeberti in eadem villa.

1. Jan. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Januarii, anno XX Karoli regis, ego Sigebertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Wanendorph* & *Lautorph* manſum j, & jurnales xx de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMLI.

Donatio Rackeri in eadem villa.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XXV Karoli regis, ego Racker pro anima Theoteri filii mei dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* manſum j & jurnales XL de terra aratoria a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMLII.

Donatio Grimoldi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Grimolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jjjj hubas & mancipia quinque, perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
11. Dec. Lauriſſamenſi, ſub die III idus Decembris, anno VII regnante Ludowico imperatore.

MMMLIII.

Digitized by Google

MMMLIII.

Donatio Adelradi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Auguſti, anno XII Karoli regis, ego Adelradus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* manſos duos, & quidquid ad ipſos pertinere videtur in campis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia jj &c.

MMMLIV.

Donatio Odilheri in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Septembris, anno XXII Karoli regis, ego Odilher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* hubas jj, item in *pago Wetdereiba* in villa *Wizele* hubam j & mancipia duo, perpetualiter ad poſſidendum &c. 28. Aug.

MMMLV.

Donatio Rutſuindi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Octobris, anno XXVIIII Karoli regis, ego Rutſuint pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jjjj manſos & mancipia vjjjj, & quidquid ibidem habere videor in campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, perpetualiter ad poſſidendum &c. 17. Sept.

MMMLVI.

Donatio Adeloldi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Adelolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanen-*

dorph c jurnales a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
4. Jul. Laurishamenſi, ſub die IIII nonas Julii, anno XIII Karoli regis.

MMMLVII.

. . . .

29. Dec. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Januarii, anno XV Karoli regis, ego Albolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* c jurnales de terra aratoria, & alios c jurnales de terra inculta, & mancipia jj, & molendinum j perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMMLVIII.

Donatio Theutbirg in eadem villa.

13. Mart. In Chriſti nomine, ſub die III idus Martii, anno decimo Karoli regis, ego Theutbirg pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* baſilicam j, quæ ibidem conſtructa eſt in loco, qui dicitur *Nivora*, & quidquid ad ipſam pertinet in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, terra culta & inculta, & mancipia xxx, & quinque hubas. Similiter in villa *Breitenbach*, ſuper fluvio *Lemphia*, & in *Haigrahe* quidquid habere viſa ſum, in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta &c.

MMMLIX.

Donatio Berthildi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Berthilt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jjjj mancipia & XL jurnales de terra aratoria, & prata ad carradas ſex, perpetua-

petualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die X kalendas Junii, anno XXII Karoli regis. 23. Maj.

MMMLX.

Donatio Adarhilt in eadem villa.

Ego in Dei nomine Adarhilt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jurnales xxxv, & de pratis jjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die VIIII kalendas Auguſti, anno XXXVI Karoli regis. 24. Jul.

MMMLXI.

Donatio Ernulfi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Junii, anno XXI Karoli regis, ego Erlulf pro anima Wernheri dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* jjj hubas & duo mancipia, & in *Wizelere* marca quidquid habuit &c. 28. Maj.

MMMLXII.

Donatio Theodonis in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Theodo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph*, in loco *Niwora*, jjj hubas & nonaginta jurnales de terra aratoria, & quidquid habere viſus ſum in terra culta & inculta, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis & mancipia xjj &c. 17. Jun.

MMMLXIII.

Donatio Immae in eadem villa.

6. Mart. In Chriſti nomine, ſub die II nonas Martii, anno XX regni Karoli regis, Imma pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph*, in loco *Baramada*, quidquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, & jjj mancipia &c.

MMMLXIV.

Donatio Adelolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Adelolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Wanendorph* c jurnales de terra aratoria, & depratis ad carradas xxx, & jj hubas, & quidquid ad ipſas pertinet, & jj mancipia cum omnibus, quæ habere videntur, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
10. Dec. ſamenſi, ſub die IIII idus Decembris, anno XVII Karoli regis.

MMMLXV.

Donatio Frechkolfi in Lare.

10. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IIII idus Junii, anno XIIII Karoli regis, ego Frechkolt & mater mea Dograt donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe*, in villa *Lare*, quidquid ibidem habuimus in manſis, campis, ſilvis, aquis, pratis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta &c.

MMMLXVI.

Digitized by Google

MMMLXVI.

Donatio Aldradi in Lare & in Niwendorf.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Martii, anno ſecundo Karoli regis, ego Aldrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Lare* & *Niwendorph* curiam indominicatam, & manſum j, & quidquid ad ipſam curiam vel ad manſum pertinet, in terris cultis & incultis, domibus, ædificiis. Similiter alias hubas xv, & mancipia xxxvj cum omnibus, quæ habere videntur, perpetualiter ad poſſidendum &c. 22. Febr.

MMMLXVII.

Donatio Caſtwid in villa Lare.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Decembris, anno ſecundo Karoli regis, ego Caſtwid & filius meus Gerbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Lare* quidquid habere videmur in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Dec.

MMMLXVIII.

Donatio Frideburc in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Decembris, anno XII Karoli regis, ego Frideburc pro remedio animæ meæ & filii mei Ruodolfi dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Lare* & in *Wanebach* quidquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terris cultis & incultis, perpetualiter ad poſſidendum &c. 17. Nov.

MMMLXIX.

Donatio Singarii in eadem villa.

Ego in Dei nomine Singarius pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in villa *Lare* quidquid habere viſus ſum, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub
9. Aug. die V idus Auguſti, anno XII Karoli regis.

MMMLXX.

Donatio Randolfi in Gunniſſen.

Ego in Dei nomine Randolfus presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in villa *Gunniſſen*, & in *Sichilinger* marca, & *Clevere* marca, quidquid in his marcis habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, mobilibus & inmobilibus, & mancipia xxxvjjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
29. Oct. riſſamenſi, die IIII kalendas Novembris, anno IIII regnante Ludowico imperatore.

MMMLXXI.

Donatio Folcberti in eadem villa.

19. Jan. In Chriſti nomine, ſub die XIIII kalendas Februarii, anno IX Karoli regis, ego Folcbertus pro anima Reginberti dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Gunniſer* marca manſum j, & hubam unam, & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur in campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, rebus mobilibus & immobilibus, & mancipia jjjj &c.

MMMLXXII.

Digitized by Google

MMMLXXII.

Donatio Ratbaldi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ratbalt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Gunniſere* marca XLjj jurnales, & ſeruum j perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XV kalendas Martii, anno ſecundo regnante Ludowico imperatore. 15. Febr.

MMMLXXIII.

Donatio Randolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Randolfus presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Gunniſere* marca in loco *Holzhuſen*, terram indominicatam, & hubam ſervilem, & ſeruum j, qui in ipſa huba manet, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die III idus Februarii, anno ſecundo regnante Ludowico imperatore. 11. Febr.

MMMLXXIV.

Donatio Lanberti in eadem marca.

Nos in Dei nomine Lanbertus & Gebatrud donamus ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe in *Gunniſſere* marca, et in *Wanendorph* in loco, qui dicitur *Uneshuſen*, et ſuper fluvio *Wettiſſa* quidquid habuimus in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta et inculta, rebus mobilibus et immobilibus, et mancipia jjjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Novembris, anno VI Ludowici imperatoris. 29. Oct.

MMMLXXV.

MMMLXXV.

Donatio Randolſi in eadem villa.

30. Nov. In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Decembris, anno XXII
Karoli regis, ego Randolfus pro remedio animæ meæ dono
ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe in *Guniſſere*
marca x jurnales de terra aratoria a die præſenti de jure meo
in jus et dominium ſancti Nazarii dono, trado atque trans-
ſundo, perpetualiter ad poſſidendum etc.

MMMXXVI.

Donatio Unuuan in eadem villa.

Ego in Dei nomine Unuuan pro remedio animæ meæ dono
ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe in *Guniſſere*
marca, in loco qui dicitur *Wanendorph*, manſum j cum huba,
et hominem, qui in ipſa manet, cum omnibus, quæ habere
videtur, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.
Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XIIII kalendas
19. Jan. Februarii, anno regni Karoli regis XXXVI.

MMMLXXVII.

Donatio Hunhardi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hunardus pro remedio animæ meæ dono
ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe, in *Gunniſ-
heimer* marca, manſum j et xl jurnales de terra aratoria, et
pratum ad jjjj carradas, perpetualiter ad poſſidendum ſtipu-
latione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
10. Febr. IIII idus Februarii, anno XIIII Karoli regis.

MMMLXXVIII.

Digitized by Google

MMMLXXVIII.

Donatio Meginhardi in Gunniſheim.

Ego in Dei nomine Meginhart et conjux mea Otburc donamus ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe in *Gunnesheimer* marca xxx jurnales et manſum unum a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III nonas Junii, anno XXVI Karoli regis. 3. Jun.

MMMLXXIX.

Donatio Alboldi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Albolt pro remedio animæ meæ et patris mei Wigbodonis dono ad ſanctum Nazarium etc. in pago Logenehe inter *Gunnesheimer* marcam & *Wanendorpher* marcam biſangum j vocabulo *Mitte* a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Junii, anno XX Ludowici regis. 27. Maj.

MMMLXXX.

Donatio Sigeburg in eadem villa.

Ego in Dei nomine Sigeburc pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Gunnesheimer* marca quidquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die nonas Martii, anno XI Karoli regis. 7. Mart.

MMMLXXXI.

Donatio Liwichonis in eadem villa.

30. Mart. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Aprilis, anno XXIII Karoli regis, ego Liwicho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Logenehe* in *Widergiſer* marca jurnales jj de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis &c.

MMMLXXXII.

Donatio Fridecho in Widergiſer marca.

Ego in Dei nomine Fridecho & uxor mea Faſtruth donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Widergiſer* marca xjj jurnales de terra aratoria, & manſum j a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
24. Maj. ſamenſi, ſub die VIIII kalendas Junii, anno XIIII Karoli regis.

MMMLXXXIII.

Donatio Libichonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Libicho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Widergiſer* marca manſum j perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
1. Dec. kalendas Decembris, anno XXIII Karoli regis.

MMMLXXXIV.

Digitized by Google

MMMLXXXIV.

Donatio Hadefridi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hadefrit & Odolach pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Widergiſere* marca jjjj jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Decembris, anno XIIII Karoli regis. 16. Nov.

MMMLXXXV.

Donatio Theotradi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Thiotrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Logenehe in *Widergiſer* marca manſum j & dimidiam hubam, & pratum ad jjj carradas de feno, & ſilvam perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III idus Junii, anno XXVIIII Karoli regis. 11. Jun.

MMMLXXXVI.

Donatio Liwicho in Widergiſe.

In Chriſti nomine, ſub die II nonas Junii, anno primo Ludowici imperatoris, ego Gunthart & conjux mea Adelſpirn donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Glemisgowe* in villa *Geringa* hubas jj, & in villa *Steckinga* hubam j, & mancipia xxvj &c. 4. Jun.

MMMDLV.

Donatio Gunthardi Gerringen.

In Chriſti nomine, die XVII kalendas Maji, anno XXVIIII Karoli regis, ego Gunthart & conjux mea Adelſpirn donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Glemisgovve*, in villa *Gerringen* j manſum cum huba & mancipia vjjj &c. 15. Apr.

MMMDLVI.

Donatio Luiboldi Gerringen.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Babonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam Luiboldum nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba Luiboldo in *Glemisgovve* in *Horoheim* pratum j, econtra dedit Luibolt in *Gerringen* vjjj jurnales & pratum. Actum in monaſterio Lauriſham, die kalendas Martii, anno IIII Ludowici regis.
1. Mart.

MMMDLVII.

Donatio Lantboldi in Hirslande.

Ego in Dei nomine Lantbolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Glemisgovve* in villa *Hirslande* jjj hubas & jjj manſos cum ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
3. Mart. risham, die V nonas Martii, anno VIIII Karoli regis.

MMMDLVIII.

Donatio Aſcheri Hirslanden.

5. Mart. In Chriſti nomine, die III nonas Martii, anno VII Karoli regis, ego Aſcher dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Glemisgowe in villa *Hirslande* manſos jj & de terra aratoria jurnales xv & alios jj, & in *Tizingen* manſum j & hubam j &c.

MMMDLIX.

Donatio Lanboldi Hirslanden.

Ego in Dei nomine Lantbolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Glemisgowe in villa *Hirslande* & in *Tizingen* vjjj manſos & manſos jjjj & xjj ſortes, & mancipia vjjj ſtipula-

pulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die VI nonas Octobris, anno primo Karoli regis. 2. Oct.

MMMDLX.

Donatio Friconis in Hirslanden.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Septembris, anno XVIII Karoli regis, ego Frico dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Glemisgowe* in villa *Hirslanden* eccleſiam illam &c. 25. Aug.

MMMDLXI.

Donatio Lantboldi Hirslande.

Nos in Dei nomine Lantbolt & Rupertus pro anima Dudonis donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Glemisgowe in villa *Hirslande*, & in *Tizingen* xjj hubas & mancipia x ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die idus Septembris, anno IIII Karoli regis. 13. Sept.

MMMDLXII.

Donatio Odaccari Heimradingen.

Ego in Dei nomine Odaccer dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Glemisgowe* in *Heimradingen* v jurnales de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die IIII nonas Junii, anno XXX Karoli regis. 2. Jun.

MMMDLXIII.

Donatio Wodalhildis Tizingen.

In Chriſti nomine, die V idus Februarii, anno XXII Karoli regis, ego Vodilhilt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Glemisgowe*, in *Tizingen*, j manſum & hubam &c. 9. Febr.

MMMDLXIV.

Digitized by Google

MMMDLXIV.

Donatio Burkmanni in Tizingen.

28. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Julii, anno V Karoli regis, ego Burcman dono ad ſanctum Nazarium &c. in Glemisgowe in villa *Tizingen*, quidquid habere videor &c.

MMMDLXV.

Donatio Roſannae in Dalaheim, in pago Waltſaze.

7. Jan. In Chriſti nomine, die VII idus Januarii, anno XXIII Karoli regis, ego Roſanna & filius meus Gerocħ donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſazi* in *Dalaheimer* marca quidquid habere videor &c.

MMMDLXVI.

Donatio Weltrudis Dalaheim.

30. Maj. In Chriſti nomine, die III kalendas Junii, anno XXII Karoli regis, ego Weltrut dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze* in villa *Dalaheim* jj manſos & mancipia xvjj &c.

MMMDLXVII.

Donatio Teutardi in Hartheim.

1. Nov. In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno II Karoli regis, ego Teuthart dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltzahe* in villa *Hartheim* & in *Larbach* quidquid habere videor &c.

MMMDLXVIII.

Digitized by Google

MMMDLXVIII.

Donatio Herkenfridi in Larbach.

In Chriſti nomine, die III nonas Aprilis, anno V Karoli regis, ego Herkenfrit dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze* in villa *Larbac* manſum j & quidquid habere videor &c. 3. Apr.

MMMDLXIX.

Donatio Adolfi Hartheim.

In Chriſti nomine, die V idus Julii, anno IIII Karoli regis ego Adolf dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Waltſaze in villa *Hartheim*, quidquid habere videor &c. 11. Jul.

MMMDLXX.

Ermefridi Larbach.

Ego in Dei nomine Ermefridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Waltſaze in villa *Larbach*, quidquid ibidem habere viſus ſum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi die V kalendas Maji, anno III Karoli regis. 27. Apr.

MMMDLXXI.

Donatio Gunzonis Artheim.

Ego in Dei nomine Baſſo & cognatus meus Gunzo donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze*, in villa *Beonanheim*, jurnales LXXX & in *Artheim* campum j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Decembris, anno V Karoli regis. 22. Nov.

MMMDLXXII.
Donatio Zubelli.

Ego in Dei nomine Zubel dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze*, ſilvam j, quæ habet in latitudine ccxvj perticas, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die ... Junii, anno XIIII Karoli regis.

MMMDLXXIII.
Donatio Clementis presbiteri in Hartheim.

8. Apr. In Chriſti nomine die VI idus Aprilis, anno II Karoli regis, ego Clemens presbiter dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze* in villa *Hartheim*, & in *Aſebach*, quidquid habere videor, & baſilicam, quæ ibi conſtructa eſt, & jjj mancipia &c.

MMMXDLXXIV.
Donatio Milonis in Hartheim.

28. Oct. In Chriſti nomine, die V kalendas Novembris, anno V Karoli regis, ego Milo dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Waltſaze in *Hartheim* xlvj jurnal. de terra aratoria & mancipia jj &c.

MMMDLXXV.
Donatio Suaringi in Artheim.

18. Dec. In Chriſti nomine, die XV kalendas Januarii, anno XIIII Pippini regis, ego Suarinc dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Waltſaze in villa *Artheim*, & in *Larbach*, quidquid habere videor &c.

MMMDLXXVI.

Digitized by Google

MMMDLXXVI.

Donatio Heroldi in Burcheim.

Ego in Dei nomine Herolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze*, in villa *Burcheim*, mancipia jj cum hubis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Julii, anno XXVI Karoli regis. 16. Jun.

MMMDLXXVII.

Donatio Giſelbaldi Dalcheim.

In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno XX Karoli re- 11. Jun.
gis, ego Giſelbalt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Waltſaze* in *Rohrbach*, & in *Dàleheim* manſum j cum ædificio, & LX jurnales, & pratum j &c.

MMMDLXXVIII.

Donatio Reginolſi Hecholſesheim in Scaflensgowe.

In Chriſti nomine, die III nonas Junii, anno XX Karoli re- 3. Jun.
gis, ego Reginolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Scaflensgovve* in villa *Eicholſesheim* jurnales vjjjj de terra aratoria &c.

MMMDLXIX.

Donatio Gebehardi de Lubesbach.

In Chriſti nomine, die XII kalendas Novembris, anno 21. Oct.
XXIIII Karoli regis, ego Gebehart dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Scaflenzgowe* in villa *Lubesbach* quidquid habere videor &c.

Digitized by Google

MMMDLXXX.
Donatio Lentrici Scaflenze.

24. Aug. In Chriſti nomine, die VIIII kalendas Septembris, anno VI Karoli regis, ego Lentrich pro anima Guntheri dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Scaflenzgowe* in villa *Scaflenze* jjj jurnales & manſum dimidium &c.

MMMDLXXXI.
Donatio Chriſtiani in Mundelingen.

Ego in Dei nomine Chriſtianus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Sualevelden* in villa *Mundelingen* eccleſiam, quæ ibidem conſtructa eſt in honore ſancti Johannis, & hubas v, & in *Ranheim* jj hubas, & in *Lederheim* dimidiam hubam, & in *Gunzenheim* hubas v, hæc jjjj loca denominata ex integro dono & xx mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
2. Apr. naſterio Laurisham, die IIII nonas Aprilis, anno XXXVII Karoli regis.

MMMDLXXXII.
Donatio Woldoldi in Scaflenzen.

16. Maj. In Chriſti nomine, die XVII kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Woldolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in Scaflenzergowe in *Scaflenzen*, quidquid habere videor &c.

MMMDLXXXIII.
Donatio Liubradis Daleheim.

23. Apr. In Chriſti nomine, die VIIII kalendas Maji, anno XXVIIII Karoli regis, ego Liubrat dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Scaflenzgowe* in villa *Daleheim* xxxvj jurnales & pratum &c.

MMMDLXXXIV.

Digitized by Google

MMMDLXXXIV.

Donatio Hunoldi Burcheim.

In Chriſti nomine, die VIII idus Maji, anno X Karoli regis, ego Hunolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Scaflenzer* marca v jurnales & pratum j & in *Burcheim* jurnales jj &c.

MMMDLXXXV.

Donatio Rutwini in Helitorf, in pago Heſſen.

In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno XXIII Karoli regis, ego Rutwin & conjux mea Landrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Heſſen*, in *Dudaſhero* márca, & in *Helitorph*, quidquid habere videmur, & mancipia vjj &c. 11. Jun.

MMMDLXXXVI.

Donatio Gozmari Haravelden.

In Chriſti nomine, die VI idus Septembris, anno II Ludowici imperatoris, ego Gochmar dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago . . . in *Harafelder* marca x manſos, & xxv mancipia &c. 8. Sept.

MMMDLXXXVII.

Donatio Bernichonis in Bernahen.

In Chriſti nomine, die III idus Novembris, anno XXXVI Karoli regis, ego Bernicho dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Heſſin* in *Bernaher* marca, quidquid habere videor &c. 11. Nov.

Digitized by Google

MMMDLXXXVIII.

Donatio Brunichonis Sungelen.

Ego in Dei nomine Brunicho dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Lieſſen* in villa *Sungelen* manſum j & ſilvam illam. Similiter in *Guntbotere* marca jj manſos & LX jurnales & j biſangum, habentem cc jurnales, & mancipia v, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalen-
1. Aug. das Auguſti, anno XXXVIIII Karoli regis.

MMMDLXXXIX.

Donatio Waltheri in Thitinesheim in pago Salzgowe.

12. Jun. In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno IIII Karoli regis, ego Walther dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Salzgowe in villa *Thitinesheim* xxj jurnal. &c.

MMMDXC.

Donatio Reginoldi Ditinesheim.

In Chriſti nomine, anno XV Pippini regis, ego Reginoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Ditinesheim* manſum j cum caſa & curia, & jurnales xxx & pratum &c.

MMMDXCI.

Donatio Guntleicheri Richilincheim.

Ego in Dei nomine Guntleich dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Salzgowe*, in *Richilincheim*, juxta fluvium *Salzaha*, jurnales vj & pratum, & manſum j ſtipulatione ſubnixa. Actum
31. Dec. in monaſterio Laurisham, die II kalendas Januarii, anno primo Karoli regis.

MMMDXCII.

Digitized by Google

MMMDXCII.

Donatio Rudegeri iu Quinticha, in pago Phlumgowe.

Ego in Dei nomine Rudacker & ſoror mea Agatha donamus ad ſanctum Nizarium &c. in pago *Phlumgowe*, in villa *Quinticha*, quidquid habere videmur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Decembris, 2. Dec.
anno VII Kludowici imperatoris.

MMMDXCIII.

Donatio Willedagae Quinticha.

In Chriſti nomine, die III nonas Februarii, anno VIIII Lu- 3. Febr.
dowici regis, ego Willedaga dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Phlumgowe in villa *Quinticha* quidquid habere videor &c.

MMMDXCIV.

Donatio Engilberti Bibincheim.

Ego in Dei nomine Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Phlumgowe* in villa *Bibincheim* hubam j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII 9. Oct.
idus Octobris, anno XXVII Karoli regis.

MMMDXCV.

Donatio Adelmanni Hillincheim in pago Smecgowe.

In Chriſti nomine, die V kalendas Junii, anno III Karoli 28. Maj.
regis, ego Adelmann dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Smecgowe* in villa *Hilincheim* jj jurnales de terra aratoria &c.

MMMDXCVI.

Digitized by Google

MMMDXCVI.

Donatio Mazonis Illincheim.

28\. Maj. In Chriſti nomine, die V kalendas Junii, anno III Karoli regis, ego Matzo dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Smecgowe in villa *Illincheim*, jurnal. j &c.

MMMDXCVII.

Donatio Hildebaldi Hillincheim.

Ego in Dei nomine Hiltebalt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Smecgowe in villa *Hillincheim*, baſilicam unam ibidem conſtructam, & quidquid ad ipſam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
24\. Dec. VIIII kalendas Januarii, anno VII Karoli regis.

MMMDXCVIII.

Donatio Waltheri in Leutzenheim.

25\. Jun. In Chriſti nomine, die VII Karoli regis, ego Walther dono ad ſanctum Nazarium &c. in Smecgowe in villa *Leutzenheim*, j pratum &c.

MMMDXCIX.

Donatio Ratheri in Tottenheim, in pago Rangowe.

29\. Jul. In Chriſti nomine, die IV kalendas Auguſti, anno VI Karoli regis, ego Rather dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Rangowe* in villa *Tottenheim* quidquid habere videor &c.

MMMDC.

Digitized by Google

MMMDC.

Donatio Herebrandi Winedesheim.

In Chriſti nomine, die II nonas Februarii, anno XXIII Karoli regis, ego Herebrant & Ermenolt donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Rangowe* in villa *Winedesheim*, manſum j & vj jurnales &c. 4. Febr.

MMMDCI.

Donatio Odolgozi in Gulleſheim.

In Chriſti nomine, die VII idus Auguſti, anno XXII Karoli regis, ego Odelgoz dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Rangowe* in villa *Gulleſheim* quidquid habere videor & mancipia x &c. 7. Aug.

MMMDCII.

Donatio Wodilbrechti Gulleſheim.

In Chriſti nomine, die III kalendas Octobris, anno XXII Karoli regis, ego Vodilbrecht dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Rangowe in villa *Gulleſheim* & *Hocheim* v jurnales &c. 29. Sept.

MMMDCIII.

Donatio Adelfridi in Temhuſen.

Ego in Dei nomine Adelfrit dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Rangowe* in villa *Temhuſen*, quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Septembris, anno XI Karoli regis &c. 15. Sept.

Digitized by Google

MMMDCIV.

Donatio Engilberti in Rotenbach in pago Angerisgowe.

Ego in Dei nomine Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Engerisgowe* in villa *Rodenbach* jj manſos & quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
24. Jun. VIII kalendas Julii, anno V Karoli regis.

MMMDCV.

Donatio Riphuini in Ratmaresheim, in pago Tuzicgowe.

1. Nov. In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno IIII Karoli regis, ego Riphuin dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Tuzicgowe* in villa *Ratmarsheim* quidquid habere videor &c.

MMMDCVI.

Donatio Ruhingi Luinheim, in pago Arachgowe.

20, Maj. In Chriſti nomine, die XIII kalendas Junii, anno primo Karoli regis, ego Ruhinc dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Arachgowe* in villa *Luinheim*, j jurnal. &c.

MMMDCVII.

Donatio Herwigi Graholfesheim.

Ego in Dei nomine Herwigus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Arahgowe* in villa *Graholfesheim*, quidquid habere videor,

Digitized by Google

videor, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die IIII nonas Julii, anno X Karoli regis. 4. Jul.

MMMDCVIII.
Donatio Berchtuini Graolfesheim.

Ego in Dei nomine Berchtuin dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Graolfesheimer* marca dimidiam vineam & xjjjj jurnales de terra & manſum j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Maji, anno III Karoli regis. 26. Apr.

MMMDCIX.
Donatio Gerſuindis Cabinga, in pago Pedenſi.

In Chriſti nomine, die II kalendas Junii, anno XXV Karoli 31. Maj. regis, ego Gerſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Pedenſi* in villa *Cabinga* xxx jurnales, item hubam j &c.

MMMDCX.
Donatio Waltheri Muſſenheim, in pago Rode.

Ego in Dei nomine Walther dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Rode* in villa *Muſſenheim* j manſum, & ſilvam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Junii, anno XXII Karoli regis. 30. Maj.

MMMDCXI.
Donatio Germari in Rechtinbach.

In Chriſti nomine, die III idus Auguſti, anno XX Karoli re- 11. Aug. gis, ego Germar dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Rechtinbach* x jurnales de terra aratoria & j mancipium &c.

X 2 MMMDCXII.

Digitized by Google

MMMDCXII.
Donatio Rudolfi in Teutzo.

28. Jul. In Chriſti nomine, die V kalendas Auguſti, anno V Karoli regis, ego Rudolfus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Teutzo* manſum j & jurnal. xxx de terra aratoria & pratum j ad carradas x &c.

MMMDCXIII.
Donatio Magofridi Batero.

31. Maj. In Chriſti nomine, die II kalendas Junii, anno primo Ludowici imperatoris, ego Magofrit & conjux mea Waltrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *ſilva Batero* xx jurnales de terra arabili & mancipia jj &c.

MMMDCXIV.
Donatio Geroldi in Ticingen, in ducatu Francorum.

18. April. In Chriſti nomine, die XIIII kalendas Maji, anno XXVI Karoli imperatoris, ego Geroldus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *ducatu Francorum* in villa *Ticingen*, quidquid habere videor &c.

MMMDCXV.
Donatio Ammutis Gemmincheim, in pago Elſenza.

Ego in Dei nomine Ammut dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Elſenza* in villa *Gemmincheim* vjj jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
1. Mart. kalendas Maji, anno XL Karoli imperatoris.

MMMDCXVI.

MMMDCXVI.

Donatio Iſenhardi in Haſelah.

In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno VIII Karoli regis, ego Iſenhart dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Haſelaher* marca, quidquid habere videor, & mancipia xv & hubam j &c. 1. Nov.

MMMDCXVII.

Donatio Iſenhardi in Giſelſtein, in ducatu Alemannorum.

In Chriſti nomine, die XIJ kalendas Septembris, anno XVI Karoli regis, ego Iſenhart dono ad ſanctum Nazarium &c. in *ducatu Allmannorum* in villa *Giſelſteden*, quidquid Geroldus comes ibidem habere viſus eſt &c. 22. Aug.

MMMDCXVIII.

Donatio Savoli in Ucchinga, in pago Trachgowe.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem, abbatem monaſterii Lauriſſamenſis, & virum quendam Savalo nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago *Trachgowe* in villa *Ucchinga* cxxv jurnales, econtra dedit præfatus Savalo in *Bretachgowe* in villa *Butinga* cx jurnales, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIIII kalendas Novembris, anno XV Ludowici regis. 24. Oct.

MMMDCXIX.

Donatio Salbrachti Waltaſſa.

12. Aug. In Chriſti nomine, die II idus Auguſti, anno II Karoli regis, ego Selbracht dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Waltaſſa* manſum j &c.

MMMDCXX.

Donatio Racheri in Diezenheim, in pago Viorotum.

10. Oct. In Chriſti nomine, die VI idus Octobris, anno VI Karoli regis, ego Racher dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Viorotum* in villa *Diezenheim*, manſum j cum ædificiis, & hubam j, & ſervum j &c.

MMMDCXXI.

Donatio Guntrichi Manolfingen, in pago Drachgowe.

Ego in Dei nomine Guntrich dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Drachgowe* in *Manolfingen*, quidquid habere viſus ſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
10. Nov. risham, die IIII idus Novembris, anno XXXVII Karoli regis.

MMMDCXXII.

Donatio Huochingi Muniolvinga.

1. Dec. In Chriſti nomine, die kalendas Decembris, anno XV Karoli regis, ego Huochinc & conjux mea Erchenſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Drachgowe* in villa *Muniolvinga* quidquid habere videmur &c.

MMMDCXXIII.

Digitized by Google

MMMDCXXIII.

Donatio Willefridi Genchingen, in pago Buringa.

In Chriſti nomine, die V kalendas Auguſti, anno VIII Karoli regis, ego Willefrit dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Burichinga* in villa *Genchingen*, quidquid habere videor &c. 28. Jul.

MMMDCXXIV.

Donatio Nithardi in Saſenheim, in pago Lobodun.

In Chriſti nomine complacuit inter venerabilem Hattonem archiepiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum ingenuum Nithardum nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago *Lobodonenſi* in villa *Sahſenheim*, hubam j, econtra dedit præfatus Nithart in eodem pago in *Thiedungeswilre* quidquid habuit. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Junii, 1. Jun. anno VIIII Ludowici regis.

MMMDCXXV.

Donatio Wolfberti in Retincheim.

In Chriſti nomine, die V kalendas Septembris, anno XII Karoli regis, ego Wolfbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. 28. Aug. in villa *Rethincheim* quidquid habere videor &c.

MMMDCXXVI.

Donatio Herolfi in Merila, in pago Muſelengowe.

Ego in Dei nomine Herolf pro anima filii mei dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Muſelengowe* in villa *Merila*, vineam unam & manſum j ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-

Digitized by Google

13. Febr. monaſterio Laurisham, die idus Februarii, anno XIIII Karoli regis.

MMMDCXXVII.

Donatio Waltarii in Lutinga, in pago Alpengowe.

Ego in Dei nomine Walthari dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Alpengowe*, in villa *Lutinga* quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
22. Apr. die X kalendas Maji, anno XX Karoli regis.

MMMDCXXVIII.

Donatio Hartgeri de Bubenſtatt.

Ego in Dei nomine Hartger dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Hubeſtatt* aream j & hubam j & jurnales xx de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
29. Maj. risham, die IIII kalendas Junii, anno IIII Karoli regis.

MMMDCXXIX.

Donatio Lageri Mauventelina, in pago Pernaſſa.

13. Jul. In Chriſti nomine, die III idus Julii, anno XXXII Karoli regis, ego Lager & conjux mea Duda donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Pernaſſa* in villa *Mawentelina* jjj manſos & totidem hubas, & mancipia v &c.

MMMDCXXX.

Donatio Ratmundi in Bochenne, in pago Gozfelden.

6. Nov. In Chriſti nomine, ſub die VIII idus Novembris, anno XXV Karoli regis, ego Ratmunt dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Gozfelden*, in villa *Bochenne* jj biſangos &c.

MMMDCXXXI.

Digitized by Google

MMMDCXXXI.

Donatio Rudolfi Gawiraden, in pago Bochonia.

Nos in Dei nomine Rudolf & Gozbertus & Ildrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Bochonia* in villa *Gawirada* j bifangum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſteſterio Laurisham, die VIIII kalendas Junii, anno XXII Karoli regis. 24. Maj.

MMMDCXXXII.

Donatio Thiotgeri in Tungesbruch, iu pago Altgowe.

In Chriſti nomine, die V idus Septembris, anno XXII Karoli regis, ego Thiotger dono ad ſanctum Nazarium &c. 9. Sept. in pago *Altgowe* in villa *Tungesbruch*, quidquid ibidem habere videor &c.

MMMDCXXXIII.

Donatio Helberti in villa Erfrathuſen, in pago Lare.

Ego in Dei nomine Helmbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Lare*, in villa *Erfrathuſen* quidquid habere videor, & ſilvam j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, ſub die IIII kalendas Septembris, anno quarto Ludowici regis. 29. Oct.

MMMDCXXXIV.

Bruninc.

Ego in Dei nomine Bruninc dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Lare* j bifangum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in

Digitized by Google

26. Maj. in monaſterio Laurisham, die VII kalendas Junii, anno XXII Karoli regis.

MMMDCXXXV.

Donatio Sliholfi in Aldendorf.

Ego in Dei nomine Sliholf nono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Aldendorph* manſum j cum huba ſtipulatione ſub-
15. Apr. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Maji, anno XX Ludowici regis.

MMMDCXXXVI.

Donatio Eckehardi in Hengingen, in pago Grapfelden.

14. Apr. In Chriſti nomine, die XVIII kalendas Maji, anno XXXIII Karoli regis, ego Eckehart dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Grahpfelden* in villa *Hendinga* eccleſiam j, quæ ibidem conſtructa eſt in honore ſanctæ Mariæ & ſancti Joannis baptiſtæ, & xjv hubas, & mancipia xxxv &c.

MMMDXXXVII.

Donatio Wanfridi in Gladeheim in pago Waltgowe.

18. Apr. In Chriſti nomine, die XIV kalendas Maji, anno XVI Karoli regis, ego Wanfrit dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Waltgowe*, in villa *Gladeheim* & in *Tornigeſtat* quidquid habere videor & mancipia v &c.

MMMDCXXXVIII.

Digitized by Google

MMMDCXXXVIII.

Donatio Iſenharti in Waldowen, in pago Ambrachgowe.

In Chriſti nomine, die V idus Novembris, anno XI Karoli regis, ego Iſenhart dono ad ſanctum Nazarium &c. in *Ambrachgowe* in *Mulenhuſen* baſilicam j, & in *Waldowe* aliam baſilicam, in *Reiſtedingen* quidquid habui &c. 9. Nov.

MMMDCXXXIX.

Donatio Bernochi in Riocho.

Ego in Dei nomine Bernoch dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Riocho* manſum j & LX jurnales. Actum in monaſterio Laurisham, die XII kalendas Februarii, anno I Karoli regis. 21. Jan.

MMMDCXL.

Donatio Alberti in Buringen.

Ego in Dei nomine Albertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in comitatu ERKENBERTI, in *Buringen* & *Erphinga*, *Merioldinga* & *Mutiliſtat*, quidquid habui. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Decembris, anno X Karoli regis. 29. Nov.

MMMDCXLI.

Donatio Giſelint in Manicoſſa.

Ego in Dei nomine Rupertus & conjux mea Giſelint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Manicoſſa* j manſum

ſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſha-
1. Jun. menſi, die kalendas Junii, anno XXX Karoli regis.

MMMDCXLII.

Godolſi in villa Conflents.

27. Aug. In Chriſti nomine, die VI kalendas Septembris, anno XVI Pippini regis, ego Godolfus & conjux mea Hachhilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Conflents* manſum j & caſas jj &c.

MMMDCXLIII.

Donatio Hadonis.

Ego in Dei nomine Hado dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales x & pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
28. Aug. naſterio Lauriſham, die V kalendas Septembris, anno X Karoli regis.

MMMDCXLIV.

Donatio Herhardi in Scetzecheim.

13. Nov. In Chriſti nomine, die II idus Novembris, anno XIII Karoli regis, ego Herhart & Hatto pro anima Hartberti donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *Scetzecheim* jjjj mancipia, & quidquid habere videor &c.

MMMDCXLV.

Donatio Agari Frutenheim.

23. Apr. In Chriſti nomine, die nona kalendas Maji, anno XV Pippini regis, ego Agar dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Fritenheim* manſum j & pratum j &c.

MMMDCXLVI.

Digitized by Google

MMMDCXLVI.

Donatio Meginharti in Liuun.

In Chriſti nomine, die kalendas Junii, anno III Karoli regis, ego Meginhart dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Liuun* jurnal j &c. 1. Jan.

MMMDCXLVII.

Donatio Reginoldi in Ederiha.

In Chriſti nomine, die kalendas Decembris, anno XV Pippini regis, ego Reginoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. in villa *Ederiga* vineam j &c. 1. Dec.

MMMDCXLVIII.

Donatio Witonis in Gebolfesheim & Werenburga wilre.

Notum ſit omnibus fidelibus, qualiter ego Wito dono ad ſanctum Nazarium predium meum & hubam j in *Geboluesheim*, & quidquid in *Werenburga wilre* quidquid habui in agris, pratis & nemore, & mancipia xxx. Acta ſunt hæc IIII Henrico imperatore, Vdalrico abbate, Eberhelmo præpoſito.

MMMDCXLIX.

Donatio Reginheri in Rotaha, in pago Moinagowe.

Nos in Dei nomine Liwecho & Reginher pro remedio animæ noſtræ, & pro anima genitoris mei Walach, & pro Bubone & Vodilhocho germanis meis, & Eginanæ conjugis meæ donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Moinagowe* in *Rotha* marca jjjj manſos cum hubis, & in *Wedereiba* ſuper

 fluvium

Digitized by Google

fluvium *Nidda* & in *Vuleneſtat* jj manſus cum hubis, & in *Maſilla* vjj hubas ſerviles, & terra indominicata juxta rivulum, qui dicitur *Meuwesbach*, & quidquid ibidem habere viſi ſumus, cum LXXVJJ mancipiis ſtipulatione ſubnixa. Actum
18. Jan. in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Februarii, anno XXXII Karoli regis &c.

MMMDCL.

Donatio Adelgoz epiſcopi in Vuleneſtat, in pago Wedereiba.

8. Aug. In Chriſti nomine, ſub die VI idus Auguſti, anno XXII Karoli regis, ego Adolgoz epiſcopus pro Dei intuitu dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Wedereiba* in villa, quæ dicitur *Vullineſtat* manſum j cum ædificio & de terra LX jurnales, LX de terra arabili, & in alia villa nuncupata *Rantwilln* marca pratum j & mancipia &c.

MMMDCLI.

MMMDCLI.

Noticiae de pago Lobodunenſi.

De Mannenheim.

In *Mannenheim* ſunt hubæ duæ, una in dominico, & alia ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, & ſitulas xv de ceruiſa, pullum j, ova xv.

Notitia de villa Thornhéim.

In Tornheim ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De Waleheſtat.

In *Walheſtat* ſunt hubæ jj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

Item in *Walheſtat* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De villa Ciolfesheim.

In *Ciolfesheim* eſt huba una, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, pullum j, ova xv.

De

Digitized by Google

De Uluensheim.

In *Uluensheim* ſunt hubæ jv, quarum jjj perſolvit unaquæque vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv, pullum j, ova xv, quarta ſolvit vjjj ſitulas de cerviſa, vervecem tremiſſum valentem, pullum j, ova xv.

De hubis, quae ſunt in Sickenheim.

In *Sickenheim* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De Clopheim.

In *Clopheim* eſt huba j ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De Butresheim.

In *Butresheim* eſt huba j, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De villa, quae dicitur in Sozinga (a).

In *Sozinga* ſunt hubæ jjj, una in dominico, (b) quarum utraque ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De

(a) Forte *Suezzinga.*

(b) Hic ſupplendum: *duæ ſerviles.*

Digitized by Google

De hubis in Hentſcusheim.

In *Hentſcusheim* ſunt hubæ jv, una in dominico, jjj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit vervecem tremiſſum (c) valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullum j, ova xv.

De villa Suabeheim.

In *Suabeheim* eſt huba ſervilis, quæ ſolvit vervecem tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullos jj, ova xv.

De villa Etdingen.

In *Etdingen* ſunt hubæ jjj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit vervecem tremiſſum valentem, pullum j, ova xv.

MMMDCLII.

Noticiae de pago Anglachgowe.

In Mulnen.

In *Mulnen* in *Anglachgowe* ſunt hubæ v, una in dominico & jv ſerviles, quarum quæque ſolvit j friskinc, jjj denarios valentem, & xv ſitulas de cerviſa, pullos jj, ova xxx.

De villa Utenheim.

In *Uttenheim* ſunt hubæ xjj, una in dominico & xj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit denarios v, & xv ſitulas de cerviſa, pullos jjj, ova xv.

(c) Tremiſſus, alias *tremiſſis*, eſt tertia pars aſſis vel ſolidi. De ſolido & denario inferius.

Digitized by Google

MMMDCLIII.

De pago Creichgowe.

In *Creichgowe* in *Munigoldesheim* eſt huba j, quæ ſolvit ſarcile j.

MMMDCLIV.

De pago Wingartheiba.

In *Weingartheiba* in *Larbach* ſunt hubæ xjj, una in dominico & xj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit friskinga tremiſſum valentem, ſitulas xv de cerviſa, pullos jjj, ova xv. Ancillæ vero, ad easdem hubas pertinentes, faciunt ſingulæ camiſile LX ulnarum in longo, v in lato, de opera dominica.

De Dalaheim.

In *Dalaheim* ſunt hubæ v, una in dominico, jjj ſerviles & terra indominicata.

De Gundolfesheim.

In *Gundolfesheim* ſunt hubæ v, una in dominico, & jv ſerviles, quarum unaquæque ſolvit friskinga j, denarios v valentem, & xv ſitulas de cerviſa, pullum j, ova xv. Ancillæ ſimiliter faciunt.

De Obereheim.

In *Oberecheim* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit ſicut ceteræ.

Binenheim.

In *Binenheim* eſt huba j & terra indominicata.

In

Digitized by Google

In Manodi miniſterio.

Ibi ſunt xxjj hubæ & alia terra arabilis, quarum unaquæque ſolvit friskinga, tremiſſum valentem, xv ſitulas de cerviſa, jjj pullos, ova xv. Ancillæ faciunt ſingulæ ſarcile.

MMMDCLV.

De pago Gardachgowe in Iſinesheim.

In *Gardachgowe* in *Iſinesheim* ſunt hubæ v, una in dominico, & jv ſerviles, quarum unaquæque ſolvit j friskinga, tremiſſum valentem, xv ſitulas de cerviſa, pullos jjj, ova xv.

De villa Bellingen,

In *Bellingen* eſt huba j, quæ ſolvit porcum j ſolidum valentem.

De Gartaha ſuperiori.

In ſuperiori *Gartaha* eſt huba j & terra indominicata, quæ ſolvit xxx denarios.

De Sueigeren.

In *Sueigeren* eſt huba j, quæ ſolvit cenſum, ſicut ceteræ.

Ditricheshuſen.

In *Ditricheshuſen* & in *Maſſenbach*, & in *Gragenbach* eſt huba j.

Digitized by Google

De villa Iſmesheim.

In *Iſensheim* huba, quam Herrat tradidit, ſolvit v denarios.

De villa Beckingen.

In *Beckinga* huba j ſolvit xjj denarios.

De Willheim.

In *Willheim* ſunt hubæ tres ſerviles & dimidia indominicata, ſerviles ſolvunt unaquæque xx ſitulas de cerviſa. Ancillæ ſingulæ faciunt camiſile aut ſarcile j, ad x ulnas in longum & jv in latum, de opera dominica.

MMMDCLVI.

De pago Riezha, in villa Rumeringa.

In *Riezha* in villa *Rumeringa* ſunt hubæ jv, una in dominico, jjj ſerviles, quæ ſolvunt friskinga, jv tremiſſos valentem, pullos jjj, ova xv. Ancillæ faciunt ſarcile aut camiſile, ut ſupra.

De villa Lederheim.

In villa *Lederheim* eſt huba j ſervilis, quæ ſolvit j friskinc, jv denarios valentem, & xv ſitulas de cerviſa, pullum j, ova x.

De villa Hirslanden.

In *Hirslande* ſunt hubæ jv, una in dominico, jjj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit friskinc tremiſſum valentem, xv ſitulas de cerviſa, pullos jjj, modios jj de frumento.

De villa Tizingen.

In *Ticingen* ſunt hubæ jv.

De

De Horoheim.

In *Horoheim* huba j, quæ ſolvit unciam argenti.

Item de Hirslande.

Antbalt de *Hirslande* ſolvit tremiſſos jj.

De Wiſunſtat.

In *Wiſunſtat* ſunt hubæ vj, una in dominico, & v ſerviles, quarum unaquæque ſolvit j friskinga, jjj denarios valentem, xxx ſitulas de cerviſa, pullos jj & modium de frumento.

De villa Peterale.

In villa *Peterale* ſunt hubæ jj ſerviles & terra indominicata.

De villa quae dicitur Taha.

In *Taha* ſunt hubæ jj ſerviles.

Torneſtat.

In *Tornegeſtat* ſunt hubæ v, una in dominico, jv ſerviles, quarum unaquæque ſolvit j friskinc, jjj denarios valentem, xv ſitulas de cerviſa, pullum j.

De villa Linzingen.

In *Linzingen* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles, quæ ſingulæ ſolvunt friskinge, tremiſſum valentem, xv ſitulas de cerviſa, pullos jjj & modium de frumento.

Digitized by Google

MMMDCLVII.

De pago Briſachgowe, in Bocheim.

In *Briſachgowe*, in *Bocheim*, in *Niwericheshuſen* ſunt hubæ vjj, una in dominico & vj ſerviles, quarum quævis ſolvit xjj ſitulas de cerviſa & modium frumenti, & j friskinc tremiſſum valentem, pullos v, ova x.

De villa Bingen.

In *Bingen* ſunt hubæ vjj, una in dominico, vj ſerviles, ex his duæ ſolvunt unaquæque xv ſitulas de vino, pullos v, ova xxx. Tertia ſolvit xv ſitulas de vino, pullos jjj, ova xv. Quarta ſolvit xjj ſitulas de cerviſa, & friskinc tremiſſum valentem, pullos v, ova xxx & modium de frumento. Similiter quinta & ſexta.

De Heidresheim.

In *Heidresheim* ſunt hubæ vjjj, una in dominico, vjj ſerviles, quarum prima ſolvit xx ſitulas de vino, pullos v, ova xxx, ſecunda ſimiliter, tertia ſolvit j friskinc tremiſſum valentem, pullos v, ova xxx & modium de frumento. Similiter reliquæ.

De Heimonis Wilre.

In *Heimonis wilre* eſt huba, quæ ſolvit tunnas. (dolia)

De villa, quae dicitur Cantero.

In *Cantero* eſt huba j, quæ ſolvit de ferro jjjj ſolidos valens.

De villa Acheim.

In *Acheim* eſt huba j, quæ ſolvit naulum de navigio.

MMMDCLVIII.

Digitized by Google

MMMDCLVIII.

De pago Elſenze, in Marcolfesheim.

In pago *Elſence* in *Marcolfesheim* eſt huba j in dominio.

De villa Elſenheim.

In *Elſenheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles, quarum utraque ſolvit xjj ſitulas de cervifa, pullos jv, oua xv & modium de frumento.

De villa Holzheim.

In *Holzheim* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis.

De villa Franckenheim.

In *Franckenheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, & jj ſerviles, quæ ſolvunt ollas.

De Winteresdorph.

In *Winteresdorph* eſt manſus j, cum eccleſia, & terra indominicata, & terra ſervili.

MMMDCLIX.

De pago Spirenſi, (a) *in Hohunſtat.*

In pago *Spirenſi* in *Hohunſtat* ſunt hubæ jj, una ſolvit pullos jjji, ova v & dimidiam partem de laboratu ſuo. Alia ſolvit denarios x, pullos jv, ova x.

De

(a) Locis pagi Spirenſis hic recenſitis intermixta quædam ſunt ad pagum Wormatienſem manifeſto pertinentia, uti Freinsheim, Franckendal, Mariſco &c.

Digitized by Google

De villa Wingarten.

In *Wingarten* ſunt hubæ jj, quarum utraque ſolvit denarios xx, pullos jv, ova xv.

De Ceizingheim.

In *Ceuzingheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullos jjj, ova xv & modium de frumento.

De villa Fridolfesheim.

In *Fridolfesheim* ſunt hubæ vj, una in dominico & v ſerviles, quarum unaquæque ſolvit xx & vjjj ſitulas (b) de vino, pullos jjjj, ova xv.

De villa Ditinesheim.

In *Ditinesheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles, quarum utraque ſolvit xxvjjj ſitulas de vino, pullos jv, ova x.

De villa Wichſe.

In *Wichſe* eſt huba j, quæ ſolvit xxvjjj ſitulas de vino, pullos jjj, ova x.

De villa Freinesheim.

In *Freinsheim* eſt huba dimidia, & in *Cagelenſtat* terra arabilis.

De villa Liutmaresheim.

In *Liutmaresheim* eſt huba j.

De

(b) Latine *ſitulus* & *ſitula* promiſcue dicitur. Eſt vas aquæ aut vino hauriendo capax, vernacule *eimer*, *gelte*. Carrada vini, cujus ſæpe numero quoque mentio fit, triginta ſitulis conſtabat.

De Geinheim.

In *Geinheim* ſunt hubæ jj, una in dominico, & alia ſervilis, quæ ſolvit pullos jjjj, ova xv, vervecem jjjj denarios valentem, camiſilia (c) jj.

De villa Scureheim.

In *Scurheim* eſt huba dimidia, quæ ſolvit camiſile j, pullos jjj, ova xv.

De Aſſenheim.

In *Aſſenheim* eſt manſus cum xx jurnal. qui ſolvit camiſile j, pullos jjj, ova xv.

De villa Dandeſtath.

In *Dandeſtat* eſt huba j, quæ ſolvit camiſile, pullos jjj, ova xv, vervecem j, denar. unum valentem.

De villa Uchelnheim.

In *Uchelnheim* eſt jv pars de manſo, vjjj jurnal. de terra.

De Mudach.

In *Mudach* ſunt hubæ jj.

De Muthereſtat.

In *Muthereſtat* ſunt hubæ jj, quæ ſolvunt jj ſolidos, in feſtivitate ſancti Martini de *Muthereſtat*.

(c) Tunicæ interioris genus, unde Gallicum *chemiſe* ortum. In nonnullis Germaniæ ſup. partibus *camiſol* illa veſtium pars dicitur, quam Galli proprie *veſte* appellant.

Digitized by Google

De Frankendal.

In *Frankendal* eſt huba j.

De Otmaresheim.

In *Otmarsheim* eſt huba j.

De Eppenſtein.

In *Eppenſtein* eſt huba j indominicata.

In *Heſſeheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullos jjj, ova xv, vervecem j, valentem tres denarios.

De Daſſenheim.

In *Daſſenheim* eſt huba j.

De Mariſco.

In *Mariſco* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit pullos jjj, ova xv, excepto alio ſervitio.

MMMDCLX.

Noticia de pago Wormatienſe, de villa Kircheim.

In *Kircheim* eſt huba dimidia, quæ ſolvit pullum j, ova x, camiſile j.

De villa Offenſtein.

In *Offenſtein* eſt huba dimidia, quæ ſolvit camiſile j, pullum j, ova x.

De

De villa Landriheſheim.

In *Landricheſheim* eſt molendinum j, quod ſolvit ſarcile j, (d) pullum j, ova x.

De villa Berenbrunne.

In *Berenbrunne* eſt huba dimidia , quæ ſolvit pullum j, ova x.

De villa Eberolfeſheim.

In *Eberolfeſheim* eſt huba j, quæ ſolvit vj denarios , & aliud ſervitium , quod ei injungitur.

De villa Rotenbahe.

In *Rotenbach* eſt huba indominicata.

De Haraheſheim.

In *Haraheſheim* eſt huba j.

De villa Roſungen.

In *Roſungen* eſt huba j.

De villa Wachenheim.

In *Wachenheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullum unum, ova x.

De villa Merſtat.

In *Merſtat* ſunt hubæ jjj, quæ ſolvunt v ſarcilia , pullum j, ova x.

(d) Veſtis quoque ſpecies ex lana , uti camiſile fuit ex lino, vid. *Cangii gloſſar, Latin. med, aevi,*

Digitized by Google

In villa Dagolfesheim.

In *Dagolfesheim* ſunt hubæ jj, quæ ſolvit ſarcile.

Flaridesheim.

In *Flarideſheim* ſunt hubæ jj, in *Omineſheim* ſunt hubæ jj, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit ſarcile j, pullum j, ova x.

De Munzenheim.

In *Munzeuheim* ſunt hubæ jj, quæ ſolvunt ſarcile j, pullum j, ova x.

De Wintcresheim.

In *Minteresheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles, quarum una ſolvit ſarcile, altera denarios vj.

De Gunmaresheim.

In *Gundmarsheim* ſunt hubæ jj, quæ ſolvunt jj pullos, ova xx.

De Dudanheim.

In *Dutanheim* eſt huba j.

De Seheim.

In *Seheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles.

De Esgilenbrunnen.

In *Esgilenbrunne* ſunt hubæ xjjjj, in feſtivitate ſancti Remigii perſolventes v ſolidos, & jj manipulos (e) & j denarium, & integrum panem advocato.

De

(e) Manipulus eſt veſtis eccleſiaſtica, quæ manum aut brachium lævum tegit, alias *ſudarium* dicta.

Digitized by Google

De Duncinnesheim.

In *Duncinesheim* eſt huba j, quæ ſolvit denarios xx, pullum j, ova x.

De Frimaresheim.

In *Frimarsheim* ſunt hubæ v, una in dominico, jjjj ſerviles, quæ ſolvunt pullos jv, ova XL & totidem ſarcilia.

De Offenheim.

In *Offenheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullum j, ova x.

De Wandilesheim.

In *Wandilesheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico & jj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit annis ſingulis unciam j.

De Gozolfesheim.

In *Gozolfesheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullum j, ova x.

De Buechenheim.

In *Buechenheim* eſt huba j.

De Flanheim.

In *Flanheim* ſunt hubæ vjj, una in dominico, & vj ſerviles & dimidia, quarum quælibet ſolvit pullum j, ova x.

De Bermarsheim.

In *Bermarsheim* ſunt hubæ jv, una in dominico, jjj ſerviles, & j manſus cum vj jurnalibus, & quælibet ſolvit pullos jj, ova xx.

Digitized by Google

De Albach.

In *Albach* ſunt hubæ jjj & dimidia, & quæque ſolvit pullum j, ova x.

De Spizesheim.

In *Spizesheim* ſunt hubæ jjj, una in dominico, jj ſerviles, & quælibet ſolvit pullum j, ova x.

De Heidmarsheim.

In *Heidmarsheim* eſt huba j.

De Enſilintheim.

In *Enſilintheim* ſunt hubæ jv, una in dominico, & jjj ſerviles, quæ ſolvunt pullum j, ova x.

De villa Eichinloch.

In *Eichinloch* eſt huba j.

De Savilenheim.

In *Savilenheim* ſunt hubæ x, una in dominico, vjjjj ſerviles, quæ ſolvunt unaquæque pullum j, ova x.

In Iſenheim.

In *Iſenheim* eſt huba j.

De villa Hagenheim.

In *Hagenheim* ſunt hubæ xjjjj, una in dominico, xjjj ſerviles, quæ ſingulæ ſolvunt pullum j, ova x, ſarcile j.

In

Digitized by Google

In Kiriu.

In *Kiriu* eſt huba dimidia.

De Nareheim.

In *Narheim* ſunt hubæ jj ſerviles & xjj jurnales in dominico, & hubæ ſolvunt pullos jj, ova xx.

De Uffilibusheim.

In *Uffilibusheim* eſt huba j.

De Aſcmundesheim.

In *Aſcmundesheim* ſunt hubæ v, una in dominico, jv ſerviles, quæ ſolvunt unaquæque ſarcile j.

De Suabo.

In *Suabo* eſt huba j.

De Ebbenheim.

In *Eppenheim* eſt huba una, quæ ſolvit xx denarios.

De Bertolfesheim.

In *Bertolfesheim* eſt huba j, quæ ſolvit pullum j, ova x.

De Mumenheim.

In *Mumenheim* huba j ſolvit ſimiliter.

De Runu.

In *Runu* eſt huba j.

Bin-

Digitized by Google

Bingen.

In *Bingen* manſus j cum caſa & vinea.

De Abirnesheim.

In *Aberinesheim* eſt huba j & vinea.

De Gunſenheim.

In *Gunſenheim* eſt huba j terra indominicata, quæ ſolvit ſarcile j.

De Moguncia.

In *Moguntia* ſunt manſi xvjjj, j in dominico, xvjj ſerviles, quarum una ſolvit jjjj uncias, altera jjj & x carradas de ligno, ſicut & prior, tertia tres uncias, quatuor non ſolvunt cenſum, ſed faciunt opera dominica, octava non ſolvit cenſum, ſed navigat, ceteræ ſolvunt quælibet unciam j.

De Oppenheim.

In *Oppenheim* ſunt hubæ xxvjjjj & jjj dimidiæ, quarum unaquæque ſolvit pullos jj & ova x.

De Dinenheim.

In *Dinenheim* ſunt hubæ jj & jj dimidiæ.

Rudolfesheim.

In *Rudolfesheim* eſt huba j.

De Ulfritesheim.

In *Ulfritesheim* ſunt hubæ vjjj, una in dominico & vjj ſerviles.

De

Digitized by Google

De Dulgesheim.

In *Dulgesheim* eſt huba una.

De Herolfesheim.

In *Herolfesheim* eſt huba una.

De Prangenheim.

In *Prangenheim* huba una, quæ ſolvit xx denarios.

Nerſtein.

In *Nerſtein* huba una ſolvit uncias duas.

De Turingheim.

In *Turingheim* eſt huba una, quæ ſolvit pullum, ova x.

De Frittheim.

In *Frittenheim* eſt huba una, quæ ſolvit pullum unum, ova decem.

De Heſinloch.

In *Heſinloch* eſt huba una.

De Heckeſtat.

In *Heckeſtat* ſunt hubæ vjjj, una in dominico, vjj ſerviles, quæ ſolvunt pullum unum, ova x.

De Urſela.

In *Urſela* ſunt hubæ duæ, una in dominico, alia ſervilis.

De Suelebach.

In *Suelbach* ſunt hubæ jj, quarum utraque ſolvit pullum unum, ova x.

Aſchenbach.

In *Aſchenbach* ſunt hubæ v, una in dominico, jjjj ſerviles, & ſolvunt quælibet pullum unum, ova xjj.

De Tintingeim.

In *Titincheim* huba una ſolvit pullos duos, ova xjj.

De Oberenhove.

In *Oberenchove* ſunt hubæ duæ, una in dominico, alia ſervilis, quæ ſolvit pullum unum, ova xv.

Vanebach.

In *Wanebach* ſunt jurnales LX de terra.

De Bercheim.

In *Bercheim* eſt huba una.

De Baltradesheim.

In *Baltradesheim* ſunt hubæ duæ.

De Veltheim.

In *Veltheim* eſt huba una.

De Bettenheuſen.

In *Bettenheuſen* ſunt hubæ duæ.

De

Digitized by Google

De Alaheſtat.

In *Alaheſtat* ſunt hubæ duæ.

MMMDCLXI.

Pagus Erdehe.

In *Erdehe* ſunt hubæ vjjjj, una in dominico, vjjj ſerviles, quarum ſolvit quælibet pullum unum, ova xv.

Lazeshubae (e) duæ, quarum una ſolvit porcum ſolidum valentem, ut loci conſuetudo eſt, ſitulam de melle, quæ ſitula habet xjv *Munde* (f) digitos jj, & modium de farina emeratia (g) & modium de avena, & camiſilia jj. Secunda ſolvit porcum unum ſolidum valentem, & ſitulam de melle, & modium de avena, & ova xv.

De Cruſtorph.

In *Chruſtorph* huba una ſolvit pullum unum, ova xv.

De Wadgermice.

In *Wadgermice* eſt huba una.

Bb 2 *De*

(e) Sunt quidem hubæ ſerviles, at diverſæ conditionis ab iis, quæ *ſerviles* vulgo dicuntur. Serviles & lazes a ſe invicem diſtinctas mox pag.ſeq. videbis. Has præ illis tributo gravatas fuiſſe hic legimus. Serviles pullos & ova, lazes porcos præſtabant. *Lazzos,* infimum hominum genus, ex Nithardo & aliunde novimus.

(f) Haud obvia hæc vox pro menſura quadam minore, quam ſitula mellis decies & quater continebat.

(g) Farinam *emeratiam* alibi fruſtra quæſiveris, nec quid ſit, non definimus.

Digitized by Google

De Lare.

In *Lare* ſunt hubæ xvjj, una in dominico, vjjj ſerviles, vjjj lazes, quæ ſolvunt porcum, ſicut loci conſuetudo eſt, quinque ſerviles ſolvunt pullos tres quælibet, & ova xxx, aliæ tres ſerviles ſolvunt pullos duos, ova xv.

De Waltmare.

In *Waltmare* eſt huba una.

De Dutoſſahe.

In *Dutoſſahe* ſunt manſi jj & xv jurnales de terra in ſilva.

De Breitenbach.

In *Braittenbach* ſunt hubæ v, una in dominico, quatuor ſerviles, quarum quælibet ſolvunt pullum unum, ova xjj.

De Niweren.

In *Niwarn* ſunt hubæ xv, una in dominico, x ſerviles & quatuor lazes, quæ ſolvunt porcum unum, ſicut loci conſuetudo eſt. Serviles ſolvunt pullum unum, ova xjj.

De Alboldeshuſen.

In *Alboldeshuſen* huba una lazes ſolvit ova x & ſitulam de melle.

De Holzhuſen.

In *Holzhuſen* hubæ jjj, una in dominico, duæ ſerviles, quæ ſolvunt pullum unum, ova x.

De

Digitized by Google

De Banemaden.

In ***Banemaden*** ſunt hubæ vjjj ſerviles, quæ ſolvunt quælibet xxx ova, & jj lazes, quæ ſolvunt porcos jj.

De Cruſtelen.

In ***Cruſtilen*** ſunt hubæ novem, una in dominico & octo ſerviles.

De Wilinen.

In ***Wilinen*** ſunt hubæ ſeptem, una in dominico ſex ſerviles.

MMMDCLXII.
De Hamme. (h)

In *Hamme* ſunt hubæ octo, ſortes x (i) quarum quælibet ſolvit uncias tres, agnum in paſcha, pullum unum, ova x, camiſile unum de opera ſua.

De Cunningernheim.

In ***Cuningernheim*** ſunt hubæ ſex, quæ ſolvunt ſingulæ uncias duas & friskingam (k)

(h) Sequuntur hic loca iterum pagi Wormatienſis duodecim, dein alia promiſcue, neglecto pagorum ordine.

(i) Sunt agri ſorte diviſi, adeoque hereditarii.

(k) Vox obvia, quæ plerumque porcum juniorem ſignificat, a Germ. *Friſchling.*

Digitized by Google

De Momenheim.

In *Momenheim* huba una & iv pitturæ (1) ſolvunt vii carradas de vino, camiſile unum, pullum unum, ova x.

Guntheim.

In *Guntheim* ſunt viii hubæ ſerviles, & de terra indominicata CCLXX hubæ, ſolvunt quælibet ſarcile unum, pullum unum & ova x.

Bermotesheim.

In *Bermotesheim* eſt huba una.

Dagolfesheim.

In *Dagolfesheim* eſt huba una.

De Merſtat.

In *Merſtat* ſunt hubæ quatuor, quæ ſolvunt ſarcilia, pullum unum, ova x.

De Wachenheim.

In *Wachenheim* eſt huba una.

De Boſinesheim.

In *Boſinesheim* ſunt hubæ quatuor, una in dominico tres ſerviles, quarum quælibet ſolvit uncias duas.

De Rotenbach.

In *Rotenbach* eſt huba una, quæ ſolvit pullum & ova x.

De

(1) Alibi *pictura*. Eſt modus quidam vineæ,

Digitized by Google

De Eberolfesheim.

In *Eberolfesheim* eſt huba indominicata.

De Iſenburc.

In *Iſenburc* eſt huba una, quæ ſolvit uncias duas, & friſchingam in paſcha.

MMMDCLXIII.

De Heppenheim. (m)

In *Heppenheim* ſunt hubæ dominicales tres, ſerviles xxviii, quarum unaquæque ſolvit porcum, & camiſile unum.

Bensheim.

In *Bensheim* ſunt hubæ dominicales tres, ſerviles xxx, quarum unaquæque ſolvit porcum unum & unciam unam.

De Michlenſtat.

In *Michlenſtat* ſunt hubæ dominicales octo, jurnales xlvj, quarum unaquæque ſolvit porcum duorum annorum, & camiſile, valens unciam unam.

De Morlebach.

In *Morlebach* ſunt hubæ dominicales ſex, ſerviles xxviiii, quarum unaquæque ſolvit porcum duorum annorum, & camiſile valens unciam.

MMMDCLXIV.

(m) Hæc in pago Rhenenſi, ad ſtratam montanam, & in Odenwald.

Digitized by Google

MMMDCLXIV.
De Winenheim. (n)

In *Winenheim* ſunt hubæ dominicatæ xii, ſerviles xxiii, quarum unaquælibet ſolvit iv libras, tres ſolidos & dimidium, & duas uncias.

Liutereshuſen.

In *Liutereshuſen* ſunt hubæ dominicales iiii, ſerviles xvi, quarum ſex perſolvunt quælibet ſex ſolidos, aliæ x ſolvunt unaquæque unciam unam.

De Hantſcuesheim.

In *Hantſcuesheim* ſunt hubæ dominicales ſex & duo jugera, ſerviles xv, quarum unaquæque ſolvit ſolidum unum.

De Wibelingen.

In *Wibelingen* ſunt hubæ dominicales v & jugera viii, ſerviles xxii, quarum unaquæque ſolvit unciam unam, exceptis duabus, de quibus veniunt duo ſolidi.

De Siggenheim.

In *Siggenheim* ſunt hubæ dominicales quatuor & octo jugera, ſerviles xii, de quibus veniunt unciæ xi.

Ulvensheim.

In *Ulvensheim* ſunt hubæ dominicales ſex, ſerviles xiii, ex quibus exeunt totidem unciæ.

De

(n) Nunc ex pago Lobodunenſi iterum loca ſeptem.

De Wirnheim.

In *Wirnheim* ſunt hubæ dominicales tres, ſerviles vjj, de quibus exſolvuntur x ſolidi.

MMMDCLXV.

De Bierſtat (o).

In *Bierſtat* ſunt hubæ ſerviles xx & dimidia, unde totidem perſolvuntur ſolidi.

De Bibeloz.

In *Bibeloz* ſunt hubæ dominicales vjjj & dimidia, ex quibus veniunt duæ libræ & duæ unciæ & dimidia.

De Gernesheim.

In *Gernesheim* ſunt hubæ dominicales v, ſerviles xx, de quibus ſolvitur una libra, duæ unciæ & v denarii (p).

MMMDCLXVI.

De Alehesheim (q).

In *Alehesheim* eſt huba una dominicalis, vjjj ſerviles, quarum unaquæque ſolvit unam unciam, octava ſolvit xxx denarios.

De

(o) Ecce rurſus loca tria pagi Rhenenſis, verſus Rhenum.

(p) Libra duodecim unciis conſtabat, ſolidis viginti. Uncia viginti ſolidus duodecim denarios continebat. Intelligitur hic libra argenti Francica.

(q) Nunc tria ex pago Wormat loca ſubſequuntur.

Digitized by Google

De Hagenheim.

In *Hagenheim* ſunt hubæ dominicales vj & dimidia, ſerviles xjjj, quarum quæque ſolvit unciam j.

De Oppenheim.

In *Oppenheim* ſunt hubæ dominicales vjjj, ſerviles Lvjjj, de quibus ſolvuntur quatuor libræ & quatuor unciæ.

MMMDCLXVII.

De Hantſcuesheim (r).

In *Hantſcuesheim* ſunt manſi xxv, qui ſolvunt j ſolidum, & tres urnas vini, (s) & j modium avenæ, & gallinam j cum xv ovis, & ſerviunt tres dies, v curtales, molendinum j, de privatis hominibus in cenſum ſolvitur j talentum (t) & xvjjj denarii.

De Habrinsberck.

In *Hebrensberc* xj hubæ perſolvunt cenſum ſicut anteriores, vjjjj in *Oppenheim* hubæ perſolvunt unum vas capiens xv urnas, & in miſſa ſancti Martini x denarios, & jj dies ſerviunt in ebdomate.

De Doſſenheim.

In *Doſſenheim* manſus unus.

De

(r) Longa rurſus locorum & hubarum pagi Lobodunenſis ſeries, in qua tamen intermixta quædam ad pagum hunc non pertinentia.

(s) Urna vini, locutio probæ Latinitatis, pro menſura hic accipi videtur, quæ vulgo *ama* dicitur.

(t) Talentum Laurisheimenſibus uſuale minus fuit marcâ, quarum

Digitized by Google

De Eddingen.

In *Eddingen* tres manſi ſolvunt vjj uncias.

De Bergeheim.

In *Bergeheim* tres manſi in miſſa ſancti Michaelis ſolvunt vjjj uncias.

Morſtelle.

In *Morſtelle* manſi ſolvunt quilibet unum ſiclum, x brattea (u) & j arborem.

Wezenloch.

In *Wezenloch* ſolvuntur tria talenta de quatuor molendinis & dimidio, & tercia parte molendini.

De Nivenheim.

In *Nivenheim* eſt huba una & dimidia, beneficium clerici, terræ ſalicæ (x) vjj, de privatis hominibus ſolvuntur xjjjj ſicli (y).

duæ libram conficiebant. Supra enim in chronico, tom. I, p. 274 ſcribitur: *talenta octodecim & dimidium ſurgunt in marcas XV.*

(u) A voce Teut. *Brett*, id eſt, aſſeres ſeu tabulas ligni. Bracteas ligni quoque Latine diceres.

(x) Terra ſalica accipi ſolet de agris principi ſeu militibus ejus aſſignatis, qui ab omni onere ac ſervitio, præterquam militari, fuerunt immunes. His itaque ad eccleſias translatis, militia ab iisdem exigebatur.

(y) Siclus apud Anglo-Saxones pretii erat duorum denariorum.

Digitized by Google

MMMDCLXVIII.

Saſſenheim.

In *Saſſenheim* ſolvuntur x ſitulæ vini, v maltra avenæ & j ſiclus in paſcha, & gallina cum xv ovis, & j carrada brattearum, & carradæ v lignorum, & paraſridum j & ſervitur ad opus dominicum.

Liutereshuſen.

In *Luthereshuſen* ſunt manſi xjj, quorum quisque ſolvit x ſitulas vini, v malt. avenæ, jjjj gallinas cum x ovis, & bovem j ad ſtipendium ſive unciam j, & ſerviunt jjj dies in ebdomate, & paſcunt bovem à feſto ſancti Martini, usque in paſcha. vjj curtales & jj faciunt menſales, (z) ſi datur linum, & ſervit j diem, ſi datur annona, vj molend. jjjj curtales, quæque ſolvit j ſiclum, & ſervit j diem per totum annum.

In alio vico vjj curtales reddunt vjj uncias, viri xjjjj & xvjjjj mulieres unum talentum & quatuor ſolidos & dimidium perſolvunt.

De Saſſenheim.

In alia *Sahſenheim* x manſi perſolvunt x ſituas vini, v malt. avenæ, v gallinas cum xv ovis, jjj dies per totum annum ſerviunt, & bovem dant ad ſtipendium & jj den. jjjj curtales ſerviunt unum diem per totum annum, jj faciunt menſales.

De

Quis ejus valor noſtris ad Rhenum regionibus fuerit, nondum liquet.

(z) Mappas, lintea, quibus menſa inſternitur, alias menſalia dictas.

Digitized by Google

De minori Saſſenheim.

In minima *Saſſenheim* tres manſi eodem cenſu ac ſervitio ſerviunt, vjj hubæ æquale ſervitium & cenſum ſolvunt.

De vico Flockenbach.

In vico *Flockenbach* xj curtales.

De Ruozeleswilre.

In *Ruozelenſwilre* jjj curtales, jjjj molend. vjjjj viri privati & xjjjj mulieres xvj ſolidos ſolvunt.

MMMDCLXIX.
De Winheim.

In *Winenheim* ſunt Ljj manſi, quorum ſolvit quilibet porcum j valentem v ſiclos, & totidem oves, j ſiclum in paſcha. xxvjjj manſi ſolvunt xxvjjj parueredas (a), x ſitulas vini. xvj manſi ſolvunt xvj boves, j gallinam cum x ovis, quatuor denarios ad ſtipendium, tria jugera arat omni anno ad ſeminandum cum dominico ſemine, arare debet in menſe Junio, atque iterum in nativitate ſanctæ Mariæ, ut ſit ſeminatum in miſſa ſancti Remigii. Tres dies per totum annum ſerviunt, cum ſua annona octo molendinis ſaginari debent octo porci, duæ hubæ, utraque ſolvit unum bovem, de privatis viris ac mulieribus in cenſum ſolvuntur duo talenta, quatuor denariis minus, quam octo unciæ.

(a) Alias *paraveredi*, equi, quorum uſus maxime in curſu. *Parafridus* pag. præced. legitur.

De Heimegesbach.

In *Heimingesbach* xvjjjj denariorum minus, quam unum talentum ſolvitur ex privatis viris ac feminis, de duobus molendinis xj modii omni anno ſolvuntur.

De Michlenvelt hubae.

In *Michlenvelt* ſunt vj areæ, quarum una ſolvit plenum malz, ceteræ ſolvunt unaquæque dimid. malz.

Item in *Michlenvelt* ſunt tres ſerviles hubæ, quarum una ſolvit x ſolidos, aliæ faciunt idem ſervitium, quod fit in *Eſchelbach*, areæ v, quarum tres ſolvunt quælibet dimidium malz, quarta x denarios, quinta denarios quatuor.

Hubae de Eſelbach.

In *Eſchelbach* ſunt v hubæ, & quatuor jurnales ſalicæ terræ, & xv ſerviles hubæ, quarum una ſolvit x ſolidos, aliæ ter in anno ſerviunt xjjjj dies, & debent vinum & frumentum & alia, quæcunque illis jubentur, ad *Neckar* & ad *Rhenum* ferre & referre, & unaquæque dat unam porcinam victimam, & unum malz, & debet in vere arare duos jurnales, & in æſtate debet bis arare duos jurnales, ſunt & ibi quatuor molendina, quorum unumquodque ſolvit quatuor maltz.

MMMDCLXX.

Hubae de Wezenloch.

In *Wezenloch* ſunt xjj hubæ, quarum unaquæque ſolvit v ſolidos dominis in feſto ſancti Martini, & dimidium in paſcha, & unum diem ſecat fenum, & frumentum metit & colligit & in horreum ducit.

Areæ

Areæ ſunt ibi LIV, quarum una ſolvit in paſcha ſol. una & alia x den. ceteræ in feſto ſancti Remigii ſolvunt duas libras, & v ſolidos,

Vilicus habet in beneficio duo molendina, & x jurnales. unum molendinum ſolvit uncias xj, aliud xxvj malter de mercede montis. In feſto S. Martini ſolvitur una marca & dimidia, in paſcha ſimiliter

Willehelm habet x jurnales.

In *Woſtenwilre* ſunt octo jurnales.

Hubae iu Hanſuhesheim.

In *Hentſcusheim* ſunt xjjj hubæ, quarum unaquæque ſervit in ebdomata tres dies, & ſolvit tres ſitulas vini, & tres achteil avenæ & unum ſolidum.

Item ibi ſunt vjj dimidia hubæ, quarum unaquæque ſervit duos dies in ebdomata, & ſolvit dimid. vas vinarium & x denar.

De Hillenbach.

In *Hellenbach* una huba ſolvit dimidiam libram in duobus temporibus.

De Eddingen.

In *Eddingen* tres hubæ ſolvunt dimidiam libram in feſto S. Remigii.

De Leimheim.

In *Leimheim* una huba v ſolidos ſolvit.

De

Digitized by Google

De Siggenheim.

In *Siggenheim* una huba ſolvit v ſolidos.

De Bergeheim.

In *Bergeheim* una huba ſolvit v ſolidos.

Item in *Bergeheim* ſunt vjj hubæ & dimidia, quarum unaquæque ſolvit x ſolidos, in duobus temporibus

Areæ vj, quarum duæ ſolvunt octo denarios, una vj denarios, una unum ſolidum, una duos ſolidos & una v ſolidos.

Item aliæ jx areæ ſerviunt in ebdomata unum diem.

De Wibelingen.

In *Wibelingen* ſunt ſex areæ xj uncias ſolventes.

Spizesheim.

In *Spizesheim* duæ hubæ ſolvunt jx uncias in feſto ſancti Martini.

Encelin de vinea ſolvit duos ſolidos.

De Rorbach.

In *Rorbach* v jurnales ſolvunt v denarios.

De Sunnesheim.

In *Sunnensheim* duo jurnales ſolvunt ſex denarios.

De Niwenheim.

In *Niwenheim* locus molendini.

De

Digitized by Google

De Blankeſtat.

In *Blanckenſtat* ſunt xvj jurnales. Vilicus habet ad ſervitium, quo ſervit unum diem in ebdomada.

De Ofdereſheim.

In *Ofdereſheim* ſunt vjj jurnales & dimidium.

De Winnenheim.

In *Winnenheim* vjjj jurnales, & de navi quatuor unciæ, & in

Leimheim unum ſolidum, & in

Niwenheim unum ſolid. & in

Zuzenhuſen v ſolidos.

MMMDCLXXI.

Hubae de Gernesheim (b).

In *Gernesheim* inveniuntur de terra arabili jurnales xvjjj; in

Lancquada jurnales xc, in *Rorheim* jurnales XL; in

Waſſenbibiloz jurnales LXj. de pratis jurnales ad c carradas; in

Rorheim prata ad carradas x, de vineis ad carradas vj.

Et huba ingenualis, quæ ſolvit in cenſum ſualem (c) inte-

(b) In pago Rhenenſi ſuperiore.

(c) Id eſt, ſuem vel porcum.

Digitized by Google

integrum, pro friskingo den. vj, pullum unum, ova x; arat, colligit & recondit, donat.

De *Eſlingen* (d) carradam unam, de ligno carradas v, paſcit animal unum per hiemen, pro opere feminarum ſolidum unum dat & parafredum, & ſervit, ſicut ei præcipitur,

Item aliæ viginti tres faciunt ſimiliter.

Item de eadem villa.

Item ſerviles hubæ xxx, quarum unaquæque dat ſualem unum ut ſupra, pullum unum, ova x,& ſervit tres dies in ebdomata, pro opere ſeminarum dat xv den. animal unum paſcit per hiemen & ſervit, ſicut ei præcipitur, cum navi & aliis inſtrumentis.

Item xx jurnales ſolvunt frisgincos, manſum unum habet miniſterialis.

Item fiſcalinæ ſeminæ vjjjj ſolvunt quælibet ſolidum unum.

Serviles ſeminæ xxjj ſolvunt quælibet xv denar. vi ſervi ſolvit quilibet ſol. unum.

MMMDCLXXII.
De Ulvriteſheim (e).

De *Ulvriteſheim* de annona modii xx.

De *Umineſheim* modii xx.

De *Wintreſheim* modii x.

De

(d) Videtur eſſe vocem ejusdem ſignificatus, quem de aſcilis mox prodimus.

(e) In pago Wormatienſi.

Digitized by Google

De *Turincheim* modii xx.

De *Bertheim* mod. xx.

De *Eichina* mod. xLjjjj.

De *Locheim* mod. xxjjj.

De *Elmarsbach* mod. xvj.

De *Phophenheim* mod. xx.

De *Herifelden* mod. xjj.

De *Stocheſtat* mod. xxjj.

De *Sovenheim* mod. x.

De *Kemminesheim* de vino carrad. duæ.

De *Mettenheim* carrad. duæ.

De *Alesheim* carrad. tres & ſitulas x.

De *Waleheim* carrad. una.

De *Chunteresfrumere* carrad. duæ.

De *Theonenheim* carr. una.

Item.

Sunt in ſumma manſi & ſortes Ljjj, & donant in cenſum ſuales Ljjj, friſking xxjj, ova DXXX, de lignis carradas CCL, de aſcilis (f) carradas Ljjj, de argento libras jjjj, uncias vjjjj de foreſtico cenſu, de vino carradas x de villis vj, & ſi hoc

 evene-

(f) Alibi *aſcellæ* & *aſciculi* dicuntur, qui ſunt aſſerculi, nobis vernacule Latten, diſtincti a ſcindolis, Schindeln, uti ex locis in Cangii gloſſario allatis pateſcit.

evenerit, quod vinum non habent, den. vj reddent, de annona modios ccc, de aliis villis xjj reddent de annona modios ccxxxj.

De Nerſten.

De villa *Nerſten* manſi ingenuales ſolvunt in cenſum, quilibet de hordeo modios v, de lino libram j, de Oſterſtuapha (g) denarios jjjj, pullum j, ova x, de lignis carradas jj. Operatur in anno ebdomadas jjjj ubicunque ei præcipitur, arat in unaquaque ſatione jurnalem j, colligit & recondit, ſecat in meſſe dies jjj, in pratis jj dies, & colligit jj dies, & introducit carrad. jj, donat paraſredum, & vadit in hoſtem, ad furnum calcem de petris carradas v, de lignis carradas v, facit miſſaticum (h) infra regnum, ubicunque ei præcipitur. Servilis ſolvit unaquæque in cenſum unciam j, pullum j, ova x, frisking j valentem den. jjjj, facit moaticum & bracem & pictūras in ſepe & in grania, arant jjjj dies, & totam terram dominicam, ſine paſtu paſcit per hiemem v porcos & vaccam j, operatur jjj dies in ebdomata, ubicunque ei præcipitur, pro opere feminarum dat unciam j, de lignis carr. j, pratum j, ova x.

Item.

In ſumma inveniuntur manſi & ſortes LXXXVjj, unde veniunt in cenſum de hordeo modii CLXXXjj, de argento libræ vſjj & den. xxx, de lino libræ xxx, frisking cxxxvj, pulli cxxxvjjjj, ova ccccxc, de ligno carradæ CLXXjjjj, de petris ad calcem

(g) Infra legitur: *ad Oſterſtopha friskingam unam ovinam* &c. unde voce hac tributum paſchale deſignari intelligimus. *Stopharius* eſt ex veteri gloſſario, qui cenſum regi ſolvit.

(h) Hoc eſt, legationem, ut eundum fuerit in regno quocunque mitteretur.

Digitized by Google

calcem carradæ cccxxxv, de lignis ſimiliter, de vino carradæ quatuor & ſitula una.

MMMDCLXXIII.

De Triburen.

In villa *Triburen* inveniuntur de terra arabili jurnales cxcvjjj.

Ad *Stetin* ſunt jurnales lxxjjjj.

In *Nivenheim* jurnales c & v.

In *Aſckmuntesheim* lxxxjj, quorum quilibet ſolvit den. vjj & operatur quidquid ei præcipitur.

In Franchevurt.

In villa *Franchenvurt* inveniuntur de terra arabili jurnales ccccl, de pratis ad carr. xl & manſus ingenualis, qui ſolvit in cenſum ſualem j, duas uncias valentem, pullum j, ova x de ſiligine mod. j, paraſredum de curte ad curtem.

De Greozesheim.

In *Greozesheim* inveniuntur de terra arabili jurnales clx, de pratis ad carradas xv & huba integra, quæ ſolvit ſualem j, ut prædicta in Frankenvurt, & reliquum ſervitium facit.

De Gelſterbach.

In Gelſterbach inveniuntur de terra arabili lxxx jurnales & huba una, quæ ſolvit ſualem, & aliud ſervitium, ut ſupra.

Digitized by Google

De Velavilre.

In villa *Velavilre* inveniuntur de terra arabili CCXL, de pratis ad carradas xjj & huba ingenualis, quæ ſolvit ſualem unum, pullum unum, ova x, paraſredum unum infra regnum & in hoſtem, & aliud ſervitium, ut ſupra.

Foreſtarius dat pullum unum, ſolidum unum, ova x, de illo farinario, quod eſt in *Selawila*, exeunt modii LXX.

De Seckebach.

In villa *Seckebac* inveniuntur de terra arabili jurnales CLXX, de vineis ad carradas xxvj & huba ſervilis, quæ donat in cenſum pullum unum, ova x & aliud ſervitium, ſicut ei præcipitur.

De Stetin.

In villa *Stetin* fit ſimile ſervitium, ut in Franchenvurt, excepto, quod annonam non dat, ſed denarios duos & oſterſtupha.

De Niwenheim.

In villa *Niwenheim* eſt huba integra, quæ ſolvit ſimile ſervitium, & duos modios de ſilig. & altera huba dimid. ſolum in cenſum denar. x, modium unum, pullum unum, ova x, pro opere ſeminile unc. unam & arat jurnalem unum.

De Biwinesheim.

In villa *Biwinesheim* duæ ſortes ſolvunt ſimile ſervitium, & pro opere feminili donant unciam.

De Askemundeſteim.

In alia villa *Askmundeſtein* huba dimidia, quæ ſolvit un-

uncias duas, & alia integra, quæ ſolvit uncias tres, & alia dimidia, quæ ſolvit unciam unicam & dimidiam, & alia integra dat uncias tres, jurnales xvii ſolvit uncias duas, mod. unum de frumento, arat jurnalem unum, de hordeo mod. unum. Alia huba integra dat denr. xxx, de frumento mod. unum, de hordeo ſimiliter, arat jurnalem unum, alii jurnales xvjj ſolvit ſolidum unum.

De Rucilesheim.

In villa *Rucilensheim* huba una donat uncias duas.

De Merſenveld.

In villa *Merſenvelt* ſunt jurnales xxjjjj de terra dominica & v ſerviles, qui ſolvunt cenſum ut ſupra.

Item de cenſu foraſtico ſolvuntur modii LXXX & dimidius de ſiligine.

In ſumma ſunt manſi & ſortes cxjj, unde veniunt in cenſum de argento libræ vjjj & unciæ duæ, de frumento modii LXXVJJJ, ſimiliter de hordeo, de ſiligine modii xxjjj, pulli cxx, ova mille cc.

MMMDCLXXIV.

Item hæc eſt ſumma & dinumeratio rerum pertinentium ad villas dominicas, quæ inferius nominantur.

De Wormatia.

In *Wormatia* inveniuntur ad dominicos uſus de terra arabili jurnales CLXXJ, de pratis ad carradas CL & in *Marahowe* ad carradas cccc, de vineis ad carradas xxx.

De

De Oppenheim.

In *Oppenheim* inveniuntur de terra arabili jurnales xxx, de pratis ad carradas xxx.

De Mergenſtat.

In *Mergenſtat* inveniuntur de terra arabili jurnales xl & manſus unus, & de vineis ad x ſitulas, & manſus ingenualis, qui ſolvit in cenſum annis ſingulis de hordeo majores modios xxjjjj, aut minores xxx, de frumento mod. unum, ovem cum agno, pullum unum, ova x, parafredum unum. Arat jurnales tres, pro opere feminili reddit ſolidum & ſervit, ſicut ei præcipitur.

Et alia huba ingenualis, quæ ſolvit ovem cum agno, pullum unum, ova x, de ligno carradas v, parafredum unum & ſolidum pro opere feminarum & ſervit, ſicut ei præcipitur.

Similiter aliæ duæ hubæ ſerviles, huba una ſolvit pullum unum, ova x, & pro opere feminili unciam unam, & ſicut aliæ ſerviles hubæ, ſeruit farinarium unum, ſolvit majores modios c.

Secunda ſimiliter, tertium farinarium dat xl modios

In *Horoheim* ſimiliter, in *Oppenheim* ſimiliter.

De ipſa villa.

In villa ſunt manſi & ſortes lxjjjj, majores modii dcccclxvjjj, & ad dominicum ſervitium ſolvuntur modii mille ccccljj, de frumento modii xl, frisking xl, pulli lxjjjj, ova dcxl, pro opere feminarum dant libras quatuor, de manſis ſolidos xjj.

De Luthra.

In villa *Luthra* inveniuntur de terra arabili jurnales

lxjj,

LXjj, deſerti xxjjjj, & de pratis ad carradas XL, & ſeptem hubæ, quæ ſolvunt cenſum & ſervitium, ſicut ceteræ.

De Nannenſtul.

In villa *Nannenſtuhl* quidquid fuit de dominica terra tulit Guntfrit tempore RUPERTI comitis, & dedit hominibus, qui ibi manent, & adhuc eſt ibi de pratis ad dominicos uſus ad carradas quatuor, ſerviles hubæ xjj ſimile ſervitium ſolvunt ſicut in Lutera.

De Moraha.

Item in eadem villa uno anno acquiſitæ ſunt de pice carradæ xxxjj, quæ exire debuit de illis furnis in *Moraha*.

De eadem villa.

In ſumma ſunt manſi & ſortes ſerviles xxjjjj & dimidia, quæ ſolvunt pullos xxjjjj, ova CCXLV, de argento ſolidos xxx, denarios ſex.

Hubæ foreſtariorum xxxjx de cenſu nihil ſolvunt.

MMMDCLXXV.
De Flageſtat.

In villa *Flageſtat* inveniuntur ad dominicos uſus de terra arabili jurnales mille, de pratis ad carradas CCXL, ſilva ad porcos D, manſus ingenualis reddit in cenſum porcum unum, valentem ſolidos v, pro opera feminili unam unciam, ad Oſterſtopha friſk. j ovinam (b) valentem ſolidum, pullos duos, ova xjj, de lignis carradas v, & ſervit ſicut ceteræ hubæ.

(b) *Friſking* itaque non de porcis tantum dicebatur, ſed & de ovibus. De *Oſterſtopha* vide ſupra p. 212.

Digitized by Google

De ipſa villa.

Manſus ſervilis ſolvit in cenſum friſk. unam, valentem denar. vj, pullos jj, ova xjj, & ſervit ſicut ceteræ ſerviles hubæ.

De ipſa villa.

In eadem villa in cenſum foraſticum ſolvuntur modii L, de avena pulli L, & ſervitium ſicut eis præcipitur.

De ipſa villa.

In ſumma ſunt ibi manſi ingenuales xxxjjj & dimidium, ſerviles xxvjj, per totum LX & dimidia, unde veniunt in cenſum ſuales xxxjjj & dim. friſkingæ minores LXVJJJ valentes quilibet den. vj, pulli cxxj, ova DCCXX, pro opere feminili de manſis ingenualibus libras duas, uncias jx, de manſis ſervilibus lib. unam, uncias vjjj, den. v, de opera dominica camiſilia xxvjj, ſarcilia vjj & dimid. per totum ſunt libræ jjjj, unciæ v, den. v.

MMMDCLXXVI.

Hubae de Gingen.

In villa *Gingen* ſunt xjjj hubæ, quæ ſolvunt in feſto ſancti Martini x modios brennæ (c) & jjj gallinas & jj modios tritici, & porcum valentem jjj ſiclos, & in pentecoſtem arietem j valentem vj den. & alios vj denarios, & jjj dies in ebdomata operantur.

De

(c) *Bren*, *brennum*, *brennium* & hic *brenna*, vox antiqua celtica, furfur ſignificat canibus paſcendis deſtinatum.

De Grunnenberck.

In *Grunnenberk* ſunt duæ hubæ, quæ ſolvunt ſimiliter.

De Richardesvilere.

In *Richardesvilere* ſunt hubæ duæ, ſimilem cenſum ſolventes.

De Vintereswanc.

In villa *Wintereswanc* hubæ duæ ſimiliter ſolvunt.

De Hurwungesbach.

In *Hurwunsbach* huba ſolvit ſimiliter.

De Marchbach.

In *Marchbach* eſt huba una & dimidia, quæ ſolvit ſimiliter.

De Birchwang.

In *Birgwanc* ſunt duæ hubæ ſimiliter ſolventes.

MMMDCLXXVII.

De Rietvelden.

In villa *Rietvelden* ſunt xx hubæ, quarum xvj ſolvunt quælibet porcum unum, uncias duas valentem, & octo pannos ex dominico lino, & xj pannos ex proprio lino. & tres dies in ebdomate operantur, & jj gallinas, & jj molend.

De Ebaha.

In *Ebaha* xjj hubæ, quarum xj ſolvunt xxjj ſtateras lini,

Digitized by Google

lini, unum modium frumenti, duas gallinas, jj ebdomata operantur in menſe Majo, & in autumno vjjjj dies.

Ad *Saxones* ſunt hubæ octo.

De Seheim.

In *Seheim* ſunt hubæ xv, quarum vjjj ſolvunt jx parcos, & aliæ quatuor hubæ ſolvunt XL modios avenæ, j pannum ex dominico lino, & tres dies in ebdomata operantur per totum annum.

De Argeresheim.

In *Argeresheim* ſunt vjjjj hubæ, quæ ſolvunt eundem cenſum.

De Habelesheim.

In *Habelesheim* ſunt ſex hubæ, quarum una ſolvit porcum unum, valentem unciam unam, & pannum, aliæ quatuor ſolvunt porcum valentem duas uncias, ſex ſolvunt denarios & pannos duos.

De Tieſſens.

In *Tieſſens* ſunt hubæ x, quarum vjjj ſolvunt vjjj porcos, valentes unam unciam, unum pannum ex dominico lino, & tres dies in ebdomata operantur, per totum annum, & duas gallinas, alias duas habet villicus.

De Cenne.

In *Cenne* ſunt octo hubæ, quæ ſolvunt octo porcos valentes xxx denarios, unum pannum ex dominico lino, unam gallinam cum xxx ovis, & tres dies in ebdomate operatur.

De

Digitized by Google

De Wibelenſheim.

In *Wibelenſheim* ſunt v, quarum tres ſolvunt tres porcos, valentes duas uncias, & gallinam, jjj pannos ex dominico lino & tres dies in ebdomata operantur, & aliæ duæ ſolvunt duos modios avenæ.

De Heidebach.

In *Heidebach* ſunt hubæ xxxjjj, quæ ſolvunt xxvj uncias in palmis, & tres gallinas cum xxx ovis, unum arietem in pentecoſte, & tres dies in ebdomata operantur.

De Seheim.

In pago *Segeheim* ſolvuntur xjjj unciæ, xvjjjj ſolidi.

MMMDCLXXVIII.

Hubae de Niweren.

In villa *Niweren* ſunt hubæ lidorum (d) xx integræ, de quibus ſolvuntur porci, unaquæque ad precium jjj uncias, de lino pondera xx & pullos xx & xjj ova. Ex his hubis habet vilicus duas, præterea ſunt ibi ſerviles hubæ duodeviginti, quæ tres dies in ebdomata operantur, & ſolvunt totidem pullos, quot ſunt hubæ, ova xjj & camiſile j.

Inſuper ſunt ibi hubæ quatuor, quarum una ſolvit duas uncias, ſecunda xxx denarios, tertia duos ſolidos, quatuor unciam unam, excepto omni ſervitio.

(d) *Lidi* ſive *liti* erant quidem ſervorum genus, at ſervis communibus tamen potiores. Frequens eorum in Francicis medii ævi chartis fit mentio.

Digitized by Google

Hubae de Cruſtelen.

In villa *Cruſtela* ſunt hubæ lidorum x plenæ, de quibus ſolvuntur porci xx, pondera lini unum, quodque ad precium x denarios, & xjj ova, vel pullum unum, e quibus hubis unam habet villicus & aliam unam ſervilem.

Inſuper ſunt ibi xj ſerviles, quæ tres dies in ebdomate operantur, & donant camiſile unum ex dominico lino, & xj pullos & xjj ova.

Hubae de Rumphenheim.

In *Rumphenheim* ſunt hubæ duæ & xx, e quibus duæ in dominicum fructificant, & duas habet villicus. Ceteræ in feſto ſancti Martini quot hubæ tot ſolidos ſolvunt, & tres dies in dominicum operantur, & in paſcha quot hubæ tot pulli & x ova.

De Langen.

In *Langen* ſunt hubæ una minus quam xx, e quibus in feſto ſancti Martini totidem porci ſolvuntur, & in palmis todidem unciæ, & jjj dies in dominicum operantur, e quibus jj habet villicus.

De Erhardeshuſen.

In *Erhardeshuſen* ſunt hubæ quatuor, unde ſolvuntur totidem unciæ in palmis & jjj dies operantur, & quælibet pullum unum & x ova ſolvit.

MMMDCLXXIX.

De Rotaha.

In *Rotaha* ſunt hubæ lidorum duabus minus xxx, e quibus totidem porci ſolvuntur in feſto ſancti Martini ad precium unius

Digitized by Google

unius unciæ, & camiſile de proprio lino, & jjjj ebdomadas operantur in anno & unum pullum & x ova ſolvunt.

Inſuper ſunt ibi hubæ ſerviles duo de xx, quæ ſerviunt jjj dies de ebdomada, & ſolvunt camiſile unum de dominico lino.

Præterea ſunt ibi hubæ vjjj, e quibus inter paſcha & nativ. ſ. Martini j libra ſolvitur, omni ſervitio excepto.

De Horheim.

In *Horoheim* ſunt hubæ v, quarum una in dominicum fructificat, de reliquis in die Epiphaniæ ſolvitur uncia j de ſingulis, & in paſcha ſolvitur j & pullus j, & ova x & v ebdomadas operantur in anno.

Eberſtat.

In *Eberſtat* ſunt hubæ vj. e quibus poſſidet unam villicus. Alteram Balthart, tertiam Dagebrecht, quæ tres dies in ebdomate operantur, reliquæ tertiæ ſolvunt pullum j, ova x, & ſi ſervitio abſolvuntur, unciam j.

De Rotaha in pago Moyngowe.

In villa *Rotaha* ſunt manſi x, cum hubis x, una indominicata & jx ſerviles, & de pratis ad carradas LX, & ſilva, & in ipſa ſilva loca ad ſtirpandum v, & mancipia xvj.

MMMDCLXXX.

De Durſtorf in pago Logenehe.

In villa *Durſtorf* in loco *Krttenbach* ſunt hubæ quatuor cum manſis quatuor, & de pratis ad xx carradas, & ſilva, & loca ad ſtirpandum tria & molendinum, & mancipia xv.

De

De Bubensheim.

In villa *Bubenheim* ſunt hubæ quatuor & manſi quatuor cum ædificiis, & de pratis ad quatuor carradas, & molendinum unum, & ſilva & mancipia quatuor.

In pago Ringowe.

In villa *Bettenheim*, in loco *Harunga* huba una cum manſo & ſilva & prata ad xjjjj carradas & biſangos duos & mancipia vj.

MMMDCLXXXI.

De Erdehe.

In *Erdehe* ad dominicatam curtem pertinent ſerviles hubæ x, molendinum unum, hubæ plenæ lidorum xxvj, quarum unaquæque ſolvit porcum unum ad precium v ſiclorum, & paraſredum, & camiſile de dominico lino, ſolidum unum & xxx ova.

Item hubæ ſimiles xxx unaquæque ſolvens camiſile unum, den. vj, ova xjj.

De Niveren.

In villa *Niveren* ad dominicam curtem pertinent ſerviles hubæ xx & octo ex his nullo uſui aptæ; molendina duo, hubæ plenæ lidorum xxvjjj, quarum unaquæque ſolvit porcum unum ad precium v ſiclorum, & paraſredum unum, camiſile de dominico lino ſive ſolidum unum, de avena quinque modios & unum de frumento, pullos duos, ova xjj.

Hubæ ſerviles xljx unaquæque ſolvens camiſile unum de dominico lino ſive ſolidum unum, pullum unum, ova xjj.

De

Digitized by Google

De Cruſtelen.

In villa *Cruſtela* ad dominicam curtem pertinent ſerviles hubæ vjjjj. Hubæ plenæ lidorum XL, quarum unaquæque ſolvit parafredum unum & pro opere feminarum unciam unam, pullum unum, ova xjj, & aliæ quatuor dimidiæ, quarum unaquæque ſoluit porcum unum ad precium xxx den. & parafredum unum, uncias duas. Et aliæ hubæ ſerviles xvjjj unaquæque ſolvens camiſile unum ſive ſolid. unum.

De Oberhowen.

In villa *Oberhoven* ad dominicam curtim pertinent hubæ ſerviles vjj, molendinum & aliæ hubæ xvjjjj, quæ ſolvunt unaquæque camiſile ſive ſolidum unum, pullum unum, ova xjj.

De Heckeſtat.

In villa *Heckeſtat* ad dominicatam curtem pertinent hubæ ſerviles x, molendinum unum.

Et aliæ xxjjjj unaquæque ſolvens camiſile unum ſive ſolidum unum, pullum unum, ova xjj. De vinetis ad v carradas.

De Richdorph.

In villa *Kirchdorph* ſunt hubæ jx & xx jurnales, unaquæque ſolvit camiſile unum ſive ſolidum unum, pullum unum, ova xxjj.

Hubae de Wiline.

In villa *Wiline* ſunt hubæ tres, quæ ſolvunt ferri fruſtra xxxjj & unciam unam.

Hubae de Widergiſen.

In *Widergiſe* ſunt hubæ duæ, unde veniunt xxx denarii.

Hubae de Rumphenheim.

In *Rumphenheim* in dominicam curtem pertinent hubæ ſerviles tres & dimidia & molendina duo.

Et aliæ hubæ xxjj unaquæque ſolvens de dominico lino camiſile unum, ſive ſolidum unum, pullum unum, ova xjj, de vinetis ad carradas duas.

De Niweren.

In villa *Niweren* eſt huba una indominicata, & ſerviles hubæ xxv & mancipia cxvjj.

De Erdehe.

In *Erdehe* eſt huba una indominicata & ſerviles hubæ xxvjj, mancipia cxljjj.

De Laren.

In *Lare* eſt huba una indominicata, ſerviles xxjjj & mancipia cl.

De

De Wizenliu.

In *Wizenliu* eſt huba una indominicata & ſerviles xjjjj & mancipia xxxjjj.

De Oberenhowen.

In *Oberenhowe* ſunt hubæ xxj, una indominicata, & ſerviles xx, mancipia LX.

De Cruſtelen.

In *Cruſtela* huba una indominicata, ſerviles v, mancipia xjjj.

Gewiraden.

In *Gewiraden* huba indominicata, ſerviles tres, mancipia xjjj.

MMMDCLXXXII.

Hubae & villae de Brumat.

Hæc ſunt villæ, quæ adtinent ad *Brumath* cum omni jure, *Wilre*, *Berneſheim*, *Crigesheim*, *Morsheim*, & *Ratolfesheim*, cum eccleſia & predio.

Hoc eſt frumentum, quod ibidem annuatim infertur.

In feſto ſancti Martini ccc malter avenæ de molendinis, ccc ſumeren tritici & ſiliginis. De decimatione & proventu frugali mille ſummeren (e).

Hæc ſuut LX hubæ ad idem pertinentes, a quibus annuatim xv talenta perſolvuntur, ibi & moneta eſt perſolvens x talenta. Præter hæc villico debentur tres hubæ, cum omni jure

(e) *Summeren* vel *ſimern*, vox adhuc in uſu, octavam partem maltri deſignat, Malter autem ſaccum implet, juſtum ſitophori onus.

Digitized by Google

jure. Preconibus debentur duæ hubæ cum omni jure, & tres mezmathen foraſto, v malther & v ſolidi in *Niderenholz*, v malther & v ſolidi in *Oberenholz*, v malter avenæ & v ſolidi in *Hobermaten*, & quatuor mezmaten. Bubulcus & porcorum cuſtos habebunt hubam unam, & idem cuſtos porcorum ſpecialiter habebit curiam unam, celerarius curtim unam & hubam habebit.

Hoc eſt frumentum, quod a præfatis villis perſolvetur. De *Berneshheim* ccc ſumeren, in *Radolfesheim* c ſimeren, in *Crigesheim* cc ſimeren, in *Morsheim* c ſimeren.

De villicatione in Martio menſe fratribus in Lorſa debentur x talenta ad ſupplementum annonæ ipſorum. In *Doubendorph* ſunt hubæ tres, unde dabuntur fratribus in eodem menſe ſcutellæ & ciphi, hoc eſt ſelguth in Brumath ad quatuor aratra, & novem jugera, curiæ xxvj, quarum quævis perſolvit duos denarios annuatim.

In *Wendenheim* xjj curiæ liberæ ab omni jure ſolvunt xxjjjj virteil & cc porcos inpinguatos, & c vaccas.

Vinea una ſolvit carradas xx.

MMMDCLXXXIII.

Hubae de Erdehe.

In *Erdehe* ſunt hubæ plenæ xxxvjj, & aliæ xvjj, quæ operantur tres dies in ebdomata.

Hubae de Niweren.

De *Niweren* ſunt hubæ plenæ xxxvjjj, & dimidia una, quæ operatur tres dies in ebdomata.

Hubae

Digitized by Google

Hubae de Cruſtela.

In *Cruſtela* ſunt hubæ octo & aliæ xxjj, quæ operantur tres dies in ebdomata.

Hubae de Holzheim.

In *Holzheim* ſunt hubæ v & aliæ xv, quæ operantur ſimiliter, & eccleſia una.

De Obereuhowen.

In *Oberenhowe* xvjjjj ſimiliter operantur.

De Cleheim hubae.

In *Cleheim* hubæ vj & dimidia.

De Willenſtat.

In *Willenſtat* huba una & dimidia.

De Lichen.

In *Lichen* hubæ duæ & aliæ tres.

De Clopheim.

In *Clopheim* hubæ octo.

Hubae de Grunowe.

In *Grunowe* hubæ octo.

Werdorff.

In *Werdorph* eccleſia una & hubæ novem.

Werdolfeshuſen.

In *Werdolfeshuſen* hubæ novem.

De Rumphenheim.

In *Rumphenheim* hubæ xx.

Quæ hubæ omnes in ſummam collectæ fiunt ccxljjj.

Poſtquam

Digitized by Google

Poſtquam venerabile corpus beatiſſimi Nazarii martyris in Laurisham eſt delatum, cæperunt ipſi imperatores & reges, aliique innumerabiles utriusque conditionis viri ac feminæ ipſum locum prædiis & aliis rebus in tantum amplificare, ut in ſtuporem & miraculum fieret omnibus per circuitum populis, ex quibus pauca, quæ reperire potuimus, cum omni veritate hic ſubternotamus, ſimulque a quibus perſonis, vel ſub quibus regibus & abbatibus hæc acta & legaliter ſint firmata, diligenter enodamus (f). Quod ſi quis ad hæc incredulus fuerit, & ob hoc obſtinatius contraire voluerit, revolvat in bibliotheca ſancti Nazarii ſingulorum datorum curtulas, & inveniet ibi omnia, ſicut a nobis ſunt conſcripta, excepto

(f) Rem actam hic egit monachus Lauresh. conſcripto traditionum pagi maxime Logenehe, quæ ſuperius jam exhibitæ ſunt, compendio minime neceſſario, niſi ut variantium lectionum ſegetem nobis offerat in re etymologica forte haud inutilem. Alius traditiones, alius compendium hoc ſcripſit. Qui cum traditionibus ipſis id contulerit, variationes in nominibus & rebus plurimas obſervabit,

Digitized by Google

excepto quod annorum ſeries & kalendarum dies brevitatis cauſa ſunt omiſſæ, quæ in ſingulis cartis ob firmiorem veritatem cautiſſime ſunt inſcriptæ.

MMMDCLXXXIV.

Pagus Logenehe.

Regnante itaque Karolo piiſſimo ac gloriſiſſimo rege, præſidenteque huic loco Gundelando abbate, tradiderunt ad Laurisham ſancto Nazario Caſtnich & Gerbrecht filius ejus res ſuas in pago *Logenehe* in villis *Larere* marca, & in *Duda* marca, ſcilicet campos, prata, ſilvas, aquas, aquarumque decurſus (g).

Eadem devotione Aldrath tradidit in pago Logenehe in *Larer* marca & in *Walahangrere* marca in villa *Niwendorph* manſum unum indominicatum cum caſa & omnibus ad ipſum pertinentibus, item terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & inſuper xjjj ſortes ibidem Hubannæ, & in loco *Dudari*, qui dicitur *Suicgeres ambeth*, jj hereditates ab ingenuis hominibus Rutgero & Heremanno ſibi traditas, & xxxjjjj mancipia utriusque ſexus, in iisdem locis, cum pecculiari ipſorum (h).

MMMDCLXXXV.

Sub eodem rege & abbate Rupertus dedit omnem hereditatem ſuam in *Logenehe* in villa *Germizer* marca in manſis cam-

(g) Traditio hæc extat ſupra pag. 13, n. 3067.

(h) Conf. ibid. n. 3066.

Digitized by Google

campis, pratis, paſcuis, terris aratoriis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus (g).

Poſt hæc Wanither & conjux ejus Leudruth tradiderunt in *Logenehe* omnem hereditatem ſuam, & in *Erdeher* marca duos jurnales de terra arabili (h).

Tradidit etiam in eodem pago & marca Aucher (i) xx jurnales terræ aratoriæ & unam perticam de prato, aliud quoque pratum ad carradas feni.

MMMDCLXXXVI.

Item Alolf dedit in *Walchesheimer* marca & in *Holzheim* marca x jurnales (k).

Item in eodem pago Madalher dedit x jurnales de terra aratoria (l),

Pari modo Fingaſt donavit xxxjjj jurnales de terra arabili (m).

Similiter Manegolt dedit xj jurnales in eodem pago (n).

MMMDCLXXXVII.

(g) Conf. ſupra pag. 35, n. 3142.

(h) Ibid. pag. 47, n. 3183.

(i) Supra dicitur Audacher pag. 50. n. 3194.

(k) Supra p. 34. n. 3135.

(l) Donatio ſupra p. 49. n. 3190.

(m) Ibid. pag. 48, n. 3186.

(n) In tradit. ſupra p. 48, n. 3187 leguntur xl jurnales, quod videtur eſſe vitioſum.

Digitized by Google

MMMDCLXXXVII.

Tradidit quoque Fruinther & conjux ejus Adela in pago *Logenehe* in *Cruſtorfer* marca omnem partionem ſuam in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus (o).

Item Berthart dedit in eodem pago in *Werdorpher* marca unum manſum & jurnales xx & pratum unum, & quidquid ad eundem manſum pertinet.

Item Herbo & conjux ejus Ruolluc dederunt vj hubas in villa *Banemaden* in pago prædicto.

Sub rege præfato & abbate Nantwic dedit in pago Logenehe in *Ardaher* marca quatuor jurnales de terra aratoria.

In ipſa marca Manegolt dedit tres jurnales agri.

MMMDCLXXXVIII.

In *Logenehe* dedit Gernant vj jurnales & in marca præfata unum waridum (p).

Item Wanther. tradidit ibidem vjj jurnales, ſimiliter Gerbrecht dedit vjj jurnales de terra arabili, nec non & Hereman, & Harbrecht, Ramuolt, tradiderunt v jurnales in eadem marca.

MMMDCLXXXIX.

Sub eodem principe & abbate tradidit Werenolf v jurnales in pago Logenehe in *Wanendorph*.

Item

(o) De hac tradit. vid. pag. 38, n. 3153, & ſic porro.

(p) *Warda*, unde Gallorum *Garde*, cuſtodiam ſignificat, *Waridus* cuſtodem.

Digitized by Google

Item Giſelbrecht in eodem pago in villa *Clehon* ſuper rivulum *Cleon* dedit duos manſos & duas hubas, duosque ſervos, & quidquid ad ipſos manſos pertinet.

Item dedit Odolt in *Ardehe* xx jurnales de terra arabili, & pratum unum ad tres carradas feni.

MMMDCXC.

Similiter Gerbolt dedit in *Walahesdorph* & in *Holzenhuſen*, xxx jurnales, & in *Alterdorph* pratum ad tres carradas feni, & quatuor mancipia cum omni comparatu ſuo.

Item Folcbrecht & conjux ejus Wilecuma dederunt in *Ardeher* marca duos jurnales de terra aratoria & unum ſervum.

In eadem marca dedit Wanather medietatem ſilvæ.

MMMDCXCI.

Tradiderunt quoqne Geberat & Hiltrath in Logenehe in *Clewer* marca x jurnales & unum ſervum.

Eodem tempore Manigolt dedit in *Ardahere* marca duos jurnales & pratum ad carradas quatuor feni.

Item Harbrecht dedit in eadem marca quatuor jurnales & pratum unum ad carradas duas feni.

MMMDCXCII.

Dederunt etiam Hiltrath & uxor ejus Benedicta in pago Logenehe in *Cleheimer* marca vjj jurnales de terra arabili & dimidiam pertem ſilvæ.

Digitized by Google

. Item Meginburc dedit in eodem pago in *Germizer* marca ſelehubam unam & quidquid ad ipſam pertinet.

In eodem pago & marca dedit vjj jurnales de terra arabili.

In eodem pago in *Attesbacher* marca Ortger donavit vjj jurnales.

MMMDCXCIII.
Pagus Ardehe & alii.

In pago *Ardehe* in *Ardeher* marca Engilrath dedit quatuor jurnales.

Per idem tempus Helphrat & Altrath & Berthrath dederunt xx jurnales in *Logenehe* in *Garbenheimer* marca.

Rurſus in eodem pago in *Cruſdorpher* marca Dagawo dedit manſum unum & xjjj jurnales & duas perticas de prato, & tres carradas ſeni.

Circa hæc tempora Hiltrath dedit omnia quæ habuit in *Logenehe* in *Cleher* marca, excepta medietate ſilvæ.

Hisdem quoque diebus Folcbrecht dedit in *Logenehe* in *Gunnuſer* marca manſum unum & hubam unam & quidquid ad ipſum manſum pertinet, & mancipia quatuor.

MMMDCXCIV.

Item Adelros & Rabengarius tradiderunt in pago *Petdenſi* in villa *Bullundorph* ſuper fluvium *Sura* res, quas ſibi Dowinus ea ratione tradidit, ut ipſi eas ad partem ſancti Nazarii donarent, item curtim cum omni ædificio ſuperpoſito, & terris aratoriis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, & medietatem ſilvæ, quæ ad ipſam villam pertinet, ſimi-

ſimiliter & illius ſilvæ medietatem, quæ ad *Waringis* pertinet, & duos ſervos cum pecculiori ipſorum.

MMMDCXCV.

Subſequente dehinc tempore Theodo dedit in *Logenehe* in *Wanendorpher* marca, in villa *Niwarn* tres hubas indominicatas & xc jurnales de terra aratoria, & quidquid ad ipſas hubas pertinet, & mancipia xjj.

Item Albolt dedit in *Logenehe* & *Ardehe* inter duos fluvios *Gamenardem* & *Winarden* de terra aratoria, & de ſilva, quantum ad ſe pertinuit.

MMMDCXCVI.

Per idem tempus ſub rege præfato Karolo & abbate Gundelando Theotbire Deo ſacrata divino amore conpuncta tradidit ſancto Nazario in *Wannendorpher* marca in villa *Niweren* baſilicam, quæ ibi conſtructa eſt, cum omnibus ad eam pertinentibus, item manſis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, terris cultis & incultis, præterea addidit his donis v hubas & xxx mancipia utriusque ſexus, & ſuper hæc in *Braitenbach* ſuper fluvium *Lemphia*, quidquid ibi habuit in manſis, caſis, terra culta & inculta, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, nec non in *Heigrahe*, quidquid ibidem habuit, totum & ex integro in jus ſancti Nazarii donavit & transfundit.

Sub rege memorato & abbate Eppho tradidit in *Logenehe Walanger* marca & in *Widmare* marca, in loco, qui antiquitus dicebatur *Uchelheim*, xxx jurnales de terra culta & inculta, & portionem ſuam de ſilva inter ambas marcas.

MMMDCXCVII.

Tempore eodem Vodilhart tradidit in *Wannendorphere* marca in villa *Banamada* & in *Wetdereiba* in *Wizelach* omnem hereditatem, quam ſibi mater ſua Angelſuint dereliquit, tam manſis, quam ædificiis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, terris cultis & incultis, & tres ſervos cum pecculiari ipſorum.

Et in alia traditione dedit duas hubas in eisdem marcis.

MMMDCXCVIII.

Regnante feliciter Karolo rege ſupradicto, præſidente vero in Lauresham Helmerico abbate, tradidit Balther in *Logenehe* in villa *Werdorph* manſum unum, & quidquid ad ipſum pertinet, & in *Haslare* quidquid ibi habuit.

Dedit etiam Sigeburc in eodem pago in *Gunnoſer* marca omnis proprietatis ſuæ medietatem, in campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus.

Tradidit quoque Sigina in *Logenehe* in villa *Erilbach* portionem ſuam de uno manſo & prato, & jurnalem unum de terra.

Similiter Adelſuint dedit in *Logenehe* in *Cleher* marca res ſuas in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, domibus, aliisque ædificiis, cum omnibus adjacentibus & v mancipia cum omni laboratu ſuo.

MMMDCXCIX.

Item Imma donavit in Logenehe in *Wanendorpher* marca in villa *Banamaden*, quidquid ſibi genitrix ſua Engelſuint reliquit

liquit in terris, manſis, ſilvis, pratis, & mancipia tria cum omni pecculiari ſuo.

Dedit etiam Singarius in eodem pago in *Larere* marca portionem ſuam de campo & prato.

MMMDCC.

Eodem tempore ſub abbate Helmerico Teothbire venerabilis matrona, de qua ſuperius dictum eſt, donationem, quam ſub Gundelando abbate devote cæpit, devotiusque perfecit, his per aliam cartam confirmavit, atque ampliavit.

Nam ſupradictis v hubis vjjj hubas addidit, & ſunt xjjj hubæ, quas totidem viris cum uxoribus ſuis conſtituens eas omni modo cum ipſis mancipiis ad Lauresham tradidit, inſuper & alia mancipia xxjx donavit, in eisdem locis, item *Niweren* & *Breitenbach*, & *Haigrahe*

MMMDCCI.

Sub rege ſæpe dicto & abbate Helmerico Adelgoz dedit in pago *Erdehe* in *Chowichen* marca quidquid de terris ibi habuit, & dimidiam partem ſilvæ in ipſa marca, & in villa *Flitular* mancipia vjj.

Item in *Logenehe* in villa *Breittenbach* donavit Erlolfus monachus, quidquid ibidem habuit in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus.

Dedit quoque in ipſo pago in *Wannendorpher* marca Adelolt tertiam partem de ſua mina ad faciendum ferrum.

MMMDCCII.

Digitized by Google

MMMDCCII.

Item in ipſo pago dedit Aldradus in villa *Wiwerndorf* in *Larere* marca duos manſos , & quidquid ad ipſos manſos pertinet , & duo mancipia.

Tradiderunt etiam Fridecho & uxor ejus Faſtrat cum duabus filiabus ſuis in *Logenehe* in *Widergiſere* marca xjj jurnales & unum manſum.

In eadem marca dederunt Hadefrit & Odolach quatuor jurnales.

MMMDCCIII.

Per idem tempus Hunari dedit in *Logenehe* in *Gunnesheimer* marca unum manſum & xL jurnales de terra aratoria, & de prato ad carradas quatuor feni , & ſilvam ad ipſum manſum aſpicientem.

Dedit etiam Frecolf cum matre ſua Dograt in ipſo pago in *Larere* marca quidquid ibidem habuerunt in manſis, campis , pratis, ſilvis, aquis , aquarumve decurſibus.

Super hæc omnia tradidit Ortger presbiter in *Logenehe* xx jurnales de terra , & de prato ad v carradas feni , & ſilvam ad ipſam terram pertinentem.

MMMDCCIV.

Sub rege præfato & abbate, Albolt dedit in *Wannendorpher* marca jurnales c de terra , & de ſilva ad alios c jurnales faciendos & mancipia duo ac molendinum unum & quidquid in eadem marca habuit inter *Melcbach* & *Berenſcehit.*

Dedit præterea Theoto monachus in villa *Breittenbach* in *Lemphiu* unum manſum , & unam petiolam de prato ad carradas feni , & v jurnales de terra aratoria.

Item

Item ſupradictus Ortger presbiter donavit in *Wertdorphere* marca quidquid ibidem habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis.

MMMDCCV.

Addidit his Adelolt cum bona deuotione in *Wanendorpher* marca c jurnales de terra, & de prato xxx carradas feni, & hubas duas, & quidqnid ad ipſas aſpicit, & ſervos duos cum ædificio & omni pecculiari eorum cum terra & ſilva.

Tradidit etiam Rudruth in *Logeneher* marca quidquid habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, ædificiis & mancipia x utriusque ſexus.

MMMDCCVI.

Quin etiam dedit Willecuma in eodem pago in *Niwenheimer* marca unum manſum, & quidquid ad ipſum manſum pertinet in terris, pratis, campis, paſcuis, perviis, ſilvis.

Pari modo Sigebrecht, donavit in *Wanendorphere* marca c jurnales de terra, & in *Lauptorſer* marca unum manſum & xx jurnales de terra.

Dedit quoque Willeſuint in *Banamaden* unum ſervum cum omni pecculiari ſuo, cum manſis & ædificiis, campis, pratis, aquis, àquarumque decurſibus.

MMMDCCVII.

Regnante adhuc feliciter Karolo piiſſimo principe, ſub abbate Richbodone, dedit Radolf cum ſorore ſua Sceſtrat in *Logeneh*e in villa *Beniſburger* marca tres partes de ipſa marca, in manſis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis.

Addidit præterea in eodem pago in *Wannendorpher* marca Walderheit quatuor manſos cum totidem hubis, cum ædificiis ſuperpoſitis, cum campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, purpriſis, aquis, aquarumque decurſibus & mancipia amplius quam XXV cum omni collaboratu ſuo.

Talibus donis Reginbertus in eodem pago non parva addidit, donans in *Bartorfer* marca unum manſum & XXX jurnales, & in *Wanendorpher* marca LX jurnales, & mancipia duo.

MMMDCCVIII.

Dedit Randolf clericus eccleſiam ſuper fluvium *Sulmiſſam* ſitam, & mancipia duo cum ædificiis, pomiferis, hortis, campis, pratis, ſilvis, manſis, & quidquid ad ipſam eccleſiam pertinet.

Tradiderunt etiam Liwicho & Wernbrecht in *Walehesheimer* marca unum manſum cum ædificio in ipſa ſilva conſtructo, & XXX jurnales inter ſilvam & campos, & de prato & de ſilva ad ſtirpandum & pratum faciendum ad carradas XXX feni.

Item Godeſcalc dedit in *Logenehe* in *Chincinbacher* marca, vel in *Cruſtorpher* marca manſum unum cum omnibus ad ipſum pertinentibus.

MMMDCCIX.

In eodem pago donavit Willeſuint in *Reitenbacher* marca manſos duos, jurnales LVJJ in *Mecgritisheim* & in *Walhesdorph* manſos tres, jurnales XXJJ cum pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & in *Gunnoſer* marca manſum unum, jurnales XJJJJ & quidquid ad ipſas marcas aſpicere videtur, in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, & mancipia XJJJ.

De-

Digitized by Google

Dedit etiam Richgoz in *Logenehe* in *Cruſtorfer* marca xv jurnales de terra, & in *Nitichgowe* in *Sualbacher* marca vjj jurnales de terra.

Tradidit quoque Irmina in *Niwaren* marca quidquid ibidem de hereditate, & in *Wetdereiba* in *Wizzeler* marca ſimiliter.

Item donavit Nitgoz in *Logenehe* in *Wiſemare* marca v. urnales de terra arabili.

In eodem pago dedit Rutger in *Loupdorpher* marca xx jurnales de terra aratoria.

MMMDCCX.

Preterea Adalungus clericus dedit in pago *Hardehe* in *Hammingowilre* in marca *Rogincenſe* ſuper fluvium *Viltis*, inter Grimonem. viam & Viltis, quidquid ibi poſſidebat in terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis & mancipia novem.

Per idem tempus dedit Wolfrich & conjux ejus Engilrath in *Logenehe* in *Bannemaden* manſum unum cum omnibus ad eum pertinentibus.

Tradidit quoque Winicho in *Lindere* marca & in *Altendorpher* marca, & in *Holzhuſer* marca omnia, quæ ſibi tradidit Albuin in eisdem marcis, in terris, pratis, campis, paſcuis, perviis, & unum mancipium.

MMMDCCXI.

Quo tempore tradidit Odilher clericus in *Wanendorpher* marca duas hubas, & in *Wetdereiba* in *Wizelar* hubam unam & mancipia duo cum pecculiari eorum, & quidquid in eisdem

marcis habuit, in terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, ædificiis.

Item tradiderunt Randolf & Wenito in *Logenehe* in *Gunnuſer* marca x jurnales de terra.

MMMDCCXII.

Dedit quoque Randorf presbiter in *Logenehe* in *Sichelindes* totum, quod habuit, in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus.

Similiter Bruninc dedit in *Werdorpher* marca tres jurnales & dimidium.

Dedit quoque in eadem marca Warbolt totum quod habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis ſilvis, ædificis.

MMMDCCXIII.

Item Adelgart donavit in *Barctorpher* marca ſuper fluvium *Filina* quidquid ibidem habuit.

Item Frideburc dedit in *Logenehe* in *Larere* marca in *Wanenbach* omnem portionem ſuam.

Eodem modo tradidit Halphum quidquid habuit in *Erdehere* marca.

MMMDCCXIV.

Tradidit quoque Bereſthilt in *Wanendorpher* marca quatuor mancipia, & XL jurnales de terra & de prato ad v carradas feni.

Inſuper tradidit Berhtruth in Logenehe in *Wertorſer* marca unum manſum & dimidiam partem de alode, & unam vineam in *Mogontia* civitate.

MMMDCCXV.

Digitized by Google

MMMDCCXV.

Eodem tempore dedit Erlulf in *Niwaren* & in *Wanendorpher* marca tres hubas & mancipia duo, & in *Wizelere* marca quidquid juris habuit.

Item dedit Libicho in Logenehe in *Widergiſere* marca duos manſos.

MMMDCCXVI.

Circa eadem tempora dederunt Friducho & Liwicho in *Werdorpher* marca unum manſum & XL jurnales de terra, & prata in tribus locis, juxta fluvium *Weriſaha*, & de ſilva portionem ſuam, item ſextam partem, quæ pergit usque ad ſtratam publicam, quæ nominatur *Bubenheimerſtraza*, & in oriente ſuper ipſum fluvium, tertiam partem de illa ſilva, quæ pergit usque ad *Pollum*, & quidquid in jam dicta marca habuit, & ſervum unum.

Item Adelunc dedit omnem hereditatem ſuam in pago *Ardehe* in *Leonzwilre* & in aliis locis.

Item Hilderat donavit in Logenehe in *Rehtenbach* unum manſum.

Item Gamelher clericus in *Logenehe* & in *Erdehe* dedit omne jus ſuum in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, ædificiis & octo mancipia, cum omni collaboratu ſuo, & in *Mulinbach* jurnales ſeptem de terra.

Item Warath dedit in *Wertdorfer* marca omnem hereditatem ſuam & V mancipia.

Similiter Ibo donavit in *Cleher* marca & in *Gunnuſer* marca omne jus, quod poſſedit ibidem.

Item Libico ſuperius dictus dedit in *Widergiſer* marca tres jurnales, quod ei tradidit Warrat.

MMMDCCXVII.

Per idem tempus Hadeſuns & conjux ejus Gebetruth dederunt quidquid habuerunt in *Linde* marca.

Tradidit etiam Liwicho in *Logenehe* in *Wertdorpher* marca quatuor jurnales de terra aratoria & pratum, & portionem ſuam de ſilva.

Similiter & Friducho dedit ſuam portionem ſuper fluvium *Wiſera.*

In eodem pago dederunt Balther & Honher in *Walangere* marca unum manſum & XXX jurnales de terra aratoria, & in *Larere* marca unum biſangum, & quidquid ad ipſum pertinet.

MMMDCCXVIII.

Subſequenti tempore tradidit Racher in *Wannendorphere* marca unum manſum & XL jurnales.

Pari devotione tradiderunt Wolfleib & conjux ejus Fagerhilth in *Barctopher* marca unum manſum & hubam, quæ habet XXX jurnales, & de prato ad duas carradas feni, & ſilvam ad ipſam hubam pertinentem, & mancipia tria.

Item Racherus & conjux ejus Bozlint dederunt res quaſcunque habuerunt in *Wannendorpher* marca Grimoldo, ut eas traderet ad partem ſancti Nazarii, quæ Grimolt ſtudioſe implevit.

Item Meginhart & conjux ejus Otburc tradiderunt in *Gunnesheim* marca XXX jurnales & manſum unum.

MMMDCCXIX.

Digitized by Google

MMMDCCXIX.

Succedente tempore Heremann & Goſtrath frater ejus donaverunt in *Ettisbacher* marca portionem ſuam, quam illis mater eorum reliquit.

Dedit etiam Irminrat Deo ſacrata in *Sulmiſſer* marca, quidquid habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, ædificiis, exceptis duabus hubis & manſo uno, & inſuper dedit octo mancipia.

Similiter Walthelm presbiter dedit omnia, quæ habuit in *Bartorpher* marca in manſis, campis pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus.

Dedit præterea Odilolf in *Germenzer* marca, & in *Wanendorpher* marca, manſum unum & hubam unam.

Tradidit quoque Eggidrath in *Ettisbacher* marca totam juris ſui poſſeſſionem.

Item Geilrath donavit in *Barcdorff* hubam unam, & quidquid ad eam pertinet.

MMMDCCXX.

Per idem tempus tradiderunt Ermengolt & ſoror ejus Giſelhilt in *Widergiſer* marca ſuper fluvium *Hemiſa* in villa *Dettinga* duos manſos cum hubis ſuis, & in *Weriſtorpher* marca hubam unam, & in *Walehesheimer* marca jurnales octo, & quidquid in eis marcis habere viſi ſunt, in terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, cultum & incultum.

Item Theoger dedit unum bifangum in *Wahungere* marca.

Digitized by Google

MMMDCCXXI.

Succedente tempore Richardus & uxor ejus Aberhilt tradiderunt in *Wannendorpher* marca & in *Sualbacher* marca, quidquid poſſederunt in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, ædificiis, & mancipia xxvjjjj.

Item Theotrath in *Widergiſere* marca dedit manſum & dimidiam hubam, & pratum ad tres carradas feni, & de ſilva ſuam partem.

Eodem voto Rutſuint tradidit in *Wannendorpher* marca quatuor manſos & quidquid in ipſa marca habuit, & novem mancipia.

Pari etiam voluntate tradidit Ebur in *Blasbach* unum manſum & eccleſiam cum ipſo manſo, ſuper quem ædificata eſt, & de pomiferis tertiam partem, & hubam unam, & quidquid ad ipſam pertinet, & quatuor mancipia, & de manſo indominicato ad ædificandum domum & aream conſtruendam & hortum faciendum.

Tempore præſenti Grimolt præfatus dedit pro animabus Racheri & conjugis ejus Rutlindis in *Wanendorpher* marca unum manſum, & XL jurnales, quod etiam ſuperius notatum eſt.

MMMDCCXXII.

Poſt hæc tradidit Reginher in eadem marca quidquid habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, & mancipia ſeptem.

Item Randolf presbiter, de quo ſuperius dictum eſt, dedit in *Sigelindeslinden* quatuor manſos & duas hubas, & quidquid ibi habuit, & octo mancipia.

Tra-

Tradidit etiam Irino in *Barctorpher* marca unum biſangum.

Dederunt quoque Wolfgart & Steinher in *Wanendorpher* marca, & in *Sulmiſſere* marca duos manſos, & quidquid ad ipſos aſpicit, & xjj mancipia.

Simili modo donavit Folcrath in *Sulmiſſere* marca quatuor manſos cum omni ædificio ſuperpoſito, & omnibus ad ipſos pertinentibus

Præterea Aderhilt in *Wannendorpher* marca xxx jurnales de terra aratoria & de pratis tres jurnales.

MMMDCCXXIII.

Divina clementia annuente, Karolo imperatore glorioſiſſimo regnum Romanorum Francorumque adhuc nobiliter tenente, ſub Adalungo abbate donavit Meginher in *Logenehe* in *Erlebach* ad partem ſancti Nazarii quidquid ibidem habuit ex utraque parte fluminis *Heimenſe* in manſis, terris, campis, paſcuis, perviis, ſilvis, ædificiis, aquis, aquarumve decurſibus.

MMMDCCXXIV.

Subſequenti tempore tradidit Walthelmus presbiter in Logenehe in *Leizkeſtre* marca, quidquid ibidem habuit, & in *Wetdereiba* in villa *Wizmesheim* duas vineas, & in *Holzheimer* marca tres jurnales & v mancipia.

Item tradidit Unwan in *Wanendorph* manſum unum cum huba, & hominem, qui in ipſa manet, cum omni peculiari ſuo.

Item dedit Wanicho in *Leizgeſtre* marca, & in *Holzheim* duos manſos & tres hubas, cum omnibus rebus ad ipſas pertinentibus, & mancipia novem.

Item Randolfus presbyter, in *Logenehe* in villa *Clehen* duas eccleſias, & unam curtim cum domibus & aliis ædificiis, & omnia, quæ ibidem habuit.

MMMDCCXXV.

Circa eadem tempora dederunt pariter Megingoz & Ortburc in eodem pago in villa *Deheim* quatuor manſos cum omni ædificio ſuperpoſito, & de terra arabili hubas v, & quidquid ad ipſas hubas pertinet, & xj mancipia.

Tradidit etiam Reginhart in W*annendorpher* marca unum biſangum.

In eodem pago in *Allarher* marca donavit Starher manſum unum & xv jurnales, & quidquid ad ipſum manſum pertinet.

MMMDCCXXVI.

Sub rege memorato & abbate dederunt pari devotione Engiltruth & Engelſuint in *Niweren* eccleſiam, quæ conſtructa eſt in honore ſanctæ Mariæ cum ipſo manſo, ſuper quem ſita eſt, & alios manſos ſex, & de terra arabili hubas vjj, & quidquid ad ipſam eccleſiam pertinet in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, cum adjunctis & adjacentibus, & mancipia utriusque ſexus xxxjjj.

Tradi-

Tradidit etiam Folcrath in *Sulmiſſere* marca quidquid habuit, exceptis duabus hubis & manſo uno, & mancipia vjj.

MMMDCCXXVII.

Per idem tempus dedit Reginher clericus in *Logenehe* in villa *Hildebaldeshuſen* manſum unum indominicatum & alios manſos vj, una cum appendiciis eorum, & quidquid in eadem villa habuit in terris, campis, pratis, ſilvis, pomariis, ædificiis, rivis, fontibus, ingreſſibus & egreſſibus, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, & mancipia x.

Item Werdolfus presbiter dedit in *Cleher* marca in *Werdolfeshuſen* unum manſum, & quidquid ibidem habuit.

Item Albuin donavit in *Altendorph* ex parte Rumhardi duos manſos, & terram aratoriam, & pratum.

MMMDCCXXVIII.

Poſt mortem inviƈtiſſimi regis atque imperatoris Karoli, regnante jam filio ejus Ludowico piiſſimo imperatore, anno II regni ejus, Adalungo abbate adhuc ſuperſtite, tradidit Randolfus presbiter in *Logenehe* in *Gunnoſer* marca in *Holzhuſen* terram indominicatam & ſervilem unam, ſervum unum.

Per idem tempus Ratbalth donavit in eadem marca XL & duos jurnales & unum ſervum.

Hæ donationes factæ ſunt ſub Ludewico pio & Adelungo abbate in Logenehe.

MMMDCCXXIX.

Sequenti anno Folcrath ante dicta præter hæc, quæ ſuperius donaverat, tradidit tres hubas in *Sulmiſſa*, & quidquid ad eas pertinet.

Dedèrunt quoque Rather & uxor ejus Hadelock in *Logenehe* in villa *Selbach* tres hubas cum campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, aliisque ædificiis.

Eodem pago in villis *Werdorph* & *Niweren* dedit Reginher omnia, quæ habuit in manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, aliisque ædificiis, & mancipia XL.

MMMDCCXXX.

Circa eadem tempora dedit Amelrich in villis *Saltriſſa* & in *Cruſtorph*, & in *Haggenſtat* & in *Altendorph* hubas v & manſos v cum omni ædificio, & quidquid ad ipſas aſpicere videretur, & mancipia xxxj.

Item dedit Randolfus presbiter ſupra dictus in *Gunnoſer* marca, & in *Sigilinges* marca & in *Cliwer* marca, quidquid in his locis habuit in manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, aliisque ædificiis, terra culta & inculta, mobilibus, & inmobilibus, & mancipia xxxvjjj.

MMMDCCXXXI.

Poſt hæc accedente tempore Suntgis presbyter dedit in pago ſæpe dicto in *Leizcaſtro* unum manſum cum ædificiis,

Digitized by Google

ciis, & mancipia duo, & quidquid ad ipſum manſum pertinet.

Dedit præterea Grimolt in *Wannendorfer* marca quatuor hubas & duo mancipia, & alia tria mancipia, quæ annis ſingulis cenſum ſolvant ad ſanctum Nazarium.

MMMDCCXXXII.

Succedente tempore Walthelm presbiter dedit in *Logenehe*, & in *Wetdereiba* hubas ſeptem cum omni jure & in *Holzheim* eccleſiam, quæ ibidem conſtructa eſt in honore ſancti Nazarii & quatuor mancipia.

Tradidit etiam Suanehart in *Geminheim* unum biſangum.

His omnibus prædictis rebus addidit Ingolt in *Logenehe* in villa *Seltriſſa* xxx jurnales & pratum, ad vj carradas feni, & in *Weitiſſa* unum manſum & xxx jurnales.

MMMDCCXXXIII.

Sub hisdem temporibus tradidit Theoda in villa *Wertorph* manſos duos & hubas tres de terra arabili, & prata ad carradas xvj cum ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus & mancipia v, caballos duos, boves quatuor, vaccas duas, porcos x, oves xx & culces x.

Tradiderunt præterea Lambrecht & Gebedruth in *Gunnesheim*, & in *Wannendorpher* marca, in loco *Waneshuſen*, & ſuper fluvium *Wettuſſa*, quidquid ibidem habuerunt, in manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, domibus & aliis ædificiis, exceptis quatuor manſis.

MMMDCCXXXIV.

Recedente jam Ludowico imperatore, defunctoque Adalungo abbate, cum regnaret Ludowicus rex junior, ſub Samuele epiſcopo & abbate, dedit Gunther quidquid habuit, inter *Adelholdeshuſen* & inter *Unbach* unum manſum.

Aliquanto tempore jam defluxo tradiderunt Thiolf & conjux ejus Gerlint in *Wertorpher* marca in villa *Lempha*, hubas quatuor, & quidquid ad ipſas pertinet, vel denominari poteſt.

MMMDCCXXXV.

Subſequenti tempore ejusdem regis & abbatis dederunt pari devotione Godefrid & Starcmund uxor ejus in *Logenehe* in villa *Sulmiſſa*, & in *Wannendorph* hubas ſerviles quatuor, & jurnales xjj, & prata ad carradas xv, & mancipia xjjjj cum omni jure.

MMMDCCXXXVI.

Tempore præfati regis ſub Eigelberto abbate dedit Lampertus presbiter in *Ardeher* marca ad orientem fluvioli *Ardehe* manſos x, hubas xvjjjj cum terris, domibus, ædificiis, caſticiis, pratis, paſcuis, campis, perviis, ſilvis cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, & quidquid nominari poteſt & mancipia xjj.

Item Albolt dedit in *Logenehe* inter *Gunnisheimer* marcam & *Wannendorpher* marcam unum biſangum, vocabulo *Mitti*.

Eodem anno Adelram & Gunzo tradiderunt pro animabus Reginheri & Theodæ in *Werdorph* manſos tres, hubas quatuor, bivangos duos cum omni jure, & mancipia xj.

MMMDCCXXXVII.

MMMDCCXXXVII.

Tempore Theotrochi abbatis Erlacar dedit in *Ardeher* marca in *Oberendorph* quidquid proprietatis ibi habuit.

Tradidit præterea CUNRADUS comes in *Wanendorpher* marca, & in *Niweren*, manſos tres, jurnales LXXXV, de pratis ad carradas tres, in *Winterburc* manſum unum, pratum ad carradam unam, jurnales xxxjjj, in *Steindorf* jurnales tres & pratum unum. (a)

Sub eodem abbate dederunt Sigerath & Waldolf filius ejus in *Ardehe* in *Giſelbrechteshuſen* quidquid ibi proprium habuerunt in mancipiis, manſis, terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, aliisque ædificiis, aquis, aquarumque decurſibus.

Et iſtæ ſunt perſonæ quæ ſub eisdem regibus & abbatibus bona iſta devote tradiderunt in Wetereiba, & aliis pagis.

MMMDCCXXXVIII.

Sub rege Karolo & Gundelando abbate tradidit Aliulfus in pago *Wetdereiba* in villa *Oberenhove*, unum manſum cum caſa & omni jure, & pratum ad duas carradas, & portionem ſuam de ſilva, & in *Bochonia* juxa *Fulinisbach Sleraſſa* portionem ſuam de terra aratoria, & de ſilva.

Item dedit Nanther in *Baltradisheimer* marca, & in *Reinbrunna* marca manſum & xx jurnales de terra aratoria, & pratum, & quidquid in eisdem marcis habuit.

Item

(a) Donationis aut potius commutationis hujus charta integra ſupra extat n. 3040.

Item Aldrichus & filius ejus Rupertus tradiderunt in pago *Widergiſen* in *Arilbacher* marca manſum unum & terram aratoriam, cum campis & omnibus ad ipſum manſum pertinentibus.

MMMDCCXXXIX.

Per idem tempus dedit quidam nomine Bolo in *Weſtergowe* in *Rosdorpher* marca, manſum cum caſa & xxx jurnales de terra aratoria, & de pratis ad carradas duas cum ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, & reliquo jure.

Tradidit Ortger presbiter quoque in pago *Wetdereiba* in *Greduller* marca, de terra aratoria jurnales xjjj, manſum unum cum pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumque decurſibus.

In eodem pago in *Gredwilere* marca, & in *Cruſwilere* marca donavit Hunach ɪjjj jurnales de terra arabili & de prato ad xjj carradas, & in duobus manſis ſuam partem, & de uno molendino portionem ſuam.

MMMDCCXL.

Eodem tempore dedit Richart in *Gredeviller* marca manſum unum & xjj jurnales, & de prato ad carradas v.

Item Ortger presbiter dedit in *Wetdereiba* x jurnales de terra & unum manſum cum omni jure.

Tradidit etiam Lanther in eodem pago in *Dinenheimer* marca xxxjj jurnales de terra arabili.

MMMDCCXLI.

Digitized by Google

MMMDCCXLI.

Succedente tempore dedit Waltarius in *Baltrateſheim* jurnales xx de terra aratoria.

Item dedit Heimo in *Feltheimer* marca x jurnales de terra arabili.

Tradiderunt quoque Aliulfus clericus & filius ejus Engilolfus in *Oberenhovere* marca manſum unum, xvjjjj perticas in longum & latum ſimiliter habentem.

MMMDCCXLII.

Eodem anno tradidit Nencher in *Baltratiſheim* & in *Reinbrunne* manſum unum cum omni jure.

Per idem tempus tradiderunt Wicbalt & Waldrat uxor ejus in *Crufteler* marca pratum unum ad carradas quatuor.

Tradiderunt etiam Bachilt & Hertwic in *Bettenhuſen*, & *Lanctorph* inter terram arabilem & pratum, jurnales xx.

Item Moria dedit in *Wanebacher* marca de terra culta jurnales x.

MMMDCCXLIII.

Item Stahelhart dedit in *Baltratiſheim* jurnalem unum de terra aratoria.

Accedente tempore tradidit Nanther in eadem marca x jurnales de terra arabili.

Item dedit Adeloch in *Wizelere* marca xv jurnales de terra aratoria & unam petiolam de prato.

Digitized by Google

Dedit præterea Hereman in *Weterciba* ſuper fluvio *Weteraha* manſum unum & de ſilva terciam partem.

Tradidit etiam Albuin in *Odupher* marca quatuor jurnales de terra arabili.

MMMDCCXLIV.

Sequenti anno dedit Richart in *Greduller* marca v jurnales, & pratum ad carradas vjj.

Item tradidit Thiolfus in *Botesphader* marca octo jurnales de terra aratoria, & de ſilva duos ad ſtirpandum.

Dedit quoque Willerat in *Bingenheimer* marca duos jurnales de terra aratoria.

MMMDCCXLV.

Dehinc tradidit Leugaſt in *Hoverenhove* manſum unum cum caſa & de ſilva quantum ad ſe pertinet, & in *Wanenbacher* marca jurnales duos de terra aratoria.

Item Edelwin dedit in *Baltradesheim* quatuor jurnales & dimidium de terra aratoria.

Inſuper tradidit Lando in *Overenhove* jurnales octo de terra aratoria.

Dedit quoque Berfrit in *Baltradesheim* quatuor jurnales & dimidium de terra aratoria & pratum ad duas carradas.

In eadem marca tradidit Everhart tres jurnales de terra aratoria.

Dedit quoque ibidem Regindruth jurnalem unum & Hartrat tradidit jurnales duos ibidem.

MMMDCCXLVI.

Digitized by Google

MMMDCCXLVI.

Similiter tradiderunt Herolf & conjux ejus Guntſuint x jurnales in eodem loco, & in *Oberenhowe* jurnalem unum, & in *Nidachgowe* in *Eſchebach* medietatem unius curtis.

Super hæc *W*icbalt donavit in *Cruſteler* marca tres jurnales.

Dedit quoque ibidem Ruthart & in *Creduler* marca totum, quod ad ſe pertinuit in campis, ſilvis, aquis & manſos duos.

Præterea Liudo tradidit in *Wannenbach* unum jurnalem.

Per idem tempus dedit Lanther in *Bienheimer* marcā xxxjj jurnales.

Item tradidit Hildebolt in villa W*etera* jurnales xxx & de ſilva, quod ad ſe pertinuit.

MMMDCCXLVII.

Sequenti anno donavit Rachilt in pago *Wetereiba* in *Doraheimere* marca, & in *Logenehe* in *Wiſicher* marca, & in *Uſſenheim*, & in *Saltriſſa*, totum quod habuit & x mancipia.

Per idem tempus donavit Eufemia in Wetereiba in *Doraheim* & in *Logenehe* in præfatis locis omnia ad ſe pertinentia & mancipia x.

MMMDCCXLVIII.

Parvo dehinc tempore devoluto donavit Gerſuint in *Veltheim* vjj jurnales & perticam de prato.

Dedit præterea Egilbertus in *Larbach* vjjj jurnales de terra aratoria.

Tradidit quoque Rupertus in *Wetereiba* in *Wizeler* marca, & in Logenehe, in *Landorph* omne quod juris ſui erat in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, & jj mancipia.

Dedit quoque Tantelo in *Veltheim* vjj jurnales de terra arabili.

MMMDCCXLIX.

Poſt hæc tranſacto tempore tradiderunt Alolach & conjux ejus Berchteit in *Wizelere* marca & in *Botinesbach* quidquid habuerunt in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis & mancipia x.

Juxta idem tempus tradidit Meginburc in *Rantwiler* marca & in *Arilbach* totum, quod ibidem habuit in manſis, terris, campis, pratis, ſilvis, aquis & mancipia jjjj.

Item dedit Reginbrecht in *Altunſtater* marca inter ſilvam & terram cultam jurnales xjj.

Tradidit quoque Burgundis in *Oberenhove* omnia, quæ ſuæ poteſtatis erant, in manſis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis & aquis.

MMMDCCL.

Deinde Richart donavit in *Gredeler* marca omnia, quæ ſui juris erant, excepto uno manſo & jj jurnalibus.

Sequenti tempore idem xvj anno Karoli regis, ſub præfato abbate Gundelando, trad. Iſinhart in *Wetereiba* in *Turivelden* x jurnales de terra aratoria.

MMMDCCLI.

Digitized by Google

Pagus Wetereiba.

MMMDCCLI.

Sub rege præfato & abbate Helmericho tradidit Erpolach in pago *Wetereiba* in *Hurnaſere* marca xxx jurnales.

Item tradiderunt Rudolf & Gozbrecht & Hiltrat Bochgonia in *Gawirida* unum Biſangum cum omni integritate.

Donavit quoque Grimolt in *Wizelere* marça omne jus ſuum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis.

MMMDCCLII.

Sub principe ſupra dicto Karolo, abbate autem Richbodone, tradidit Ortger presbiter exparte Haichonis in pago ſæpe dicto in *Wanebacher* marca unam hubam, quæ tenet L jurnales & prata ad x carradas & quidquid ad ipſam hubam pertinet.

Eodem modo Walthelm presbiter donavit ex parte Adelhelmi in ipſa villa hubam j & quidquid ad ipſam pertinet.

Item ipſe Walthelm tradidit ex parte Citrat, & uxoris ejus quidquid in *Muſchenheimer* marca & in *Wedere* marca proprium habuerunt in manſis, terris, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus & j ſervum.

Idem Walthelm rogante Huoca dedit in *Wanebacher* marca totum quod ipſa habuit ibidem, in manſis, campis, pratis, paſcuis, & reliquis rebus.

MMMDCCLIII.

Per idem tempus Eckehart & conjux ejus Suſanna tradiderunt in *Cruſteler* marca & in *Gretwilere* marca omne jus ſuum in manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aqua-

rumque decurſibus & mancipia xxvjjjj utriusque ſexus & capſam unam cum reliquiis ſanctorum.

MMMDCCLIV.

Poſt tanta dedit Angilbolt in villa *Lichonis* ſubteriore, omnem proprietatem ſuam, in manſis, campis, pratis & reliquis rebus.

Dedit præterea Beringer in *Hunſinesheimer* marca x jurnales de terra aratoria.

Tradidit quoque Heriman in *Evireſtat* duas hubas cum ædificio ſuperpoſito, & quidquid ad ipſas pertinet, & mancipia xxv.

Ad hæc donavit Rudinquena manſum unum in *Wetereiber* marca.

Poſt hæc dedit Dither omnem hæreditatem ſuam in *Wizele* marca.

Item Rutmut donavit in *Aldenſtat* unum pratum ad jjjj carradas feni.

MMMDCCLV.

Poſt aliquod tempus tradidit Liuphrit in *Wizelere* marca xxx jurnales de terra, & unum ſervum.

Per idem tempus donavit Odelgoz epiſcopus, in villa *Wulenſtat* manſum cum ædificiis & LX jurnales de terra arabili, & in *Rantwilre* marca prata ad xjj carradas feni, & mancipia jj.

Item tradiderunt Theothwin & Bertger in *Anſinesheimer* marca tertiam partem de terra arabili.

Præ-

Præterea dedit Radolach in *Cruſteler* marca cv jurnales & ſuam portionem de prato & ſilvam in *Wizelere* marca & in villa *Falbach* ſuam portionem & xjjjj mancipia & quidquid in præfatis locis habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilviis, aquis, domibus, & aliis ædificiis.

MMMDCCLVI.

Dedit quoque Suigger in *Wannebach* j hubam de terra, & quidquid ad ipſam pertinet.

Dedit quoque Gerich ex parte Blitgis quidquid habuit in *Morellere* marca.

Tradidit etiam Wolfhelm ex parte Ruotburc in *Treiſere* marca & in *Aſchebacher* marca, totum quod habuit in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, & unum mancipium.

Item tradidit Bertlach in *Hereonbrunne* ſuper fluvium *Hornaſſa*. in villa *Hornaſſa*, quidquid ibidem habuit in manſis, pratis, & aliis rebus.

MMMDCCLVII.

Super hæc dedit Leopgaſt ex parte Herpholt & Bilihilt in *Velheimer* marca, & in *Holzheim* marca, & in *Wullenſtat*, & in *Leoche* quidquid ibidem hereditario poſſedit Bilihilt, item ſextam partem in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus.

Præterea Walthelmus presbiter donavit ex parte Alberti in *Birchenlare* marca xjj jurnales de terra aratoria.

Ipſe quoque tradidit ex parte Haicho in *Overenhover* marca omnia, quæ habuit in manſis, campis, & aliis rebus, & in *Wanebacher* marca medietatem rerum ſuarum.

MMMDCCLVIII.

Digitized by Google

MMMDCCLVIII.

Per idem tempus donavit Dorolf clericus in *Wanebach* & in *Benheim* & in *Eviriſtat*, & in *Cruſteler* marca, & in pago Wormatienſi in *Dinenheimer* marca portionem ſuam de vineis, & mancipia, & quidquid in jam dictis locis habuit, in manſis, pratis, paſcuis, campis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis & omni peculiari.

Item prædictus Walthelmus presbiter ex parte Frunolfi tradidit in *Birchenlare* marca & in *Muſcenheim* xxx jurnales de terra aratoria.

Item Hunarch dedit in *Wizelere* marca terciam partem unius hubæ, quam habuit Tancholf.

MMMDCCLIX.

Subſequenti tempore dederunt Geberth & ſoror ejus Berchtrut in *Cruſtelen* xxx jurnales terræ aratoriæ & pratum ad v carradas & jjj mancipia.

Item Hunolt tradidit pro anima Haruc v jurnales de terra & in *Dudelesheim* & in *Anſuinesheim* quidquid habuit.

Tradidit etiam Eckenhilt cum filiis & filiabus ſuis, in *Altenſtater* marca unum biſangum, & manſum, & jjjj jurnales de terra arabili.

Tradiderunt quoque pariter Willgart, & Hitta, & Buoba vj jurnales in *Dudinesheim*.

Dedit præterea Hornaz in *Holzheim* quidquid Germunt ibidem habuit exceptis xxx jurnalibus.

Deinde tradidit Gerrich in *Cruſtelen* marca quatuor jurnales de terra.

Item

Itemque dedit Gerrich in eadem marca & villa octo jurnales & perticam unam de prato & mancipium.

MMMDCCLX.

Per idem tempus donavit Frumigoz in *Alaſteter* marca jurnales xxx de terra aratoria, & de prato ad carradas duas cum paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus.

Tradiderunt etiam Anſtrath & Ozilo in *Wetereiba* in *Holzheim* & in *Logenehe* in *Fallheimer* marca c jurnales de terra, & manſos cum hubis, & quidquid ad ipſos aſpicit in terris, campis, pratis, aquis, & mancipia v & in *Holzheim* baſilicam cum omnibus rebus eccleſiaſticis.

Dedit præterea Hidiwart in *Wetereiba* in *Dreiſere* marca, ſuper fluvium *Weteraha*, unum manſum & locum ad molendinum faciendum, & xljjjj jurnales de terra arabili, & de prato ad vjj carradas feni, & ſilvam cum omni jure.

MMMDCCLXI.

Sub rege memorato & abbate tradiderunt Gerbertus & conjux ejus Voda in *Wanebacher* marca omne jus ſuum in manſis, campis, pratis & aliis rebus, & xjj mancipia.

Per idem tempus dedit Sliduanus pro anima fratris ſui in *Cruſteler* marca ſuper fluvium *Weteraha* portionem amborum illius baſilicæ, quæ ibi conſtructa eſt in honore ſanctæ Mariæ cum terris, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ædificiis, aquis, vineis, & omni integritate.

Super hæc donavit Ragenher presbiter, qui & Albrich, in Wetereiba in *Gawirida* eccleſiam ibi conſtructam cum ceteris ædificiis, & omnibus ad eam pertinentibus & mancipia vjjj.

MMMDCCLXII.

Poſt aliquod tempus tradidit Gerlint in *Veltheim* manſum unum.

Per idem tempus donavit Guntuic in *Baldradesheim* Ljjj jurnales de terra aratoria & pratum, & omnem collaboratum ſuum.

Item dedit Garawich unum manſum in *Oberenhove* & pratum ad duas carradas in ſupra dicta marca.

Tradiderunt etiam Folcvin & ſoror ejus Folcrat & Emicho in *Alahſlater Ganbacher* marca, CCCL jurnales inter ſilvam & terram arabilem, & prata ad xxvjj carradas, & manſos tres & mancipia xjjjj.

MMMDCCLXIII.

Sub quo etiam tempore dedit Liubertus in *Stiorſleter* marca xx jurnales & in *Buocha* manſum unum.

Poſt hoc tradidit Oſtrolf presbiter in *Muſchenheim* duos manſos, & v jurnales & quidquid habuit.

Per idem tempus tradidit Seckehart in *Gruoninger* marca, & in *Bercheim*, & in *Gullenere* marca, & in *Leocher* marca, & in *Veltheim*, & in *Wizelere* marca, & in *Holzheim*, & in *Biringa*, manſos cum hubis, & quidquid ad ipſos pertinet, in terris cultis & incultis, ædificiis, rebus mobilibus, & inmobilibus, & mancipia XLVjjj.

Deinde tradiderunt Amalrich & frater ejus Frecholf in villa *Gawirida* unum purpriſum & quidquid ibidem habuerunt.

Item

Item dederunt Goto & Richelach filius ejus in *Veltheimer* marca xxjj jurnales de terra aratoria & pratum.

MMMDCCLXIV.

Per idem etiam tempus tradiderunt Colo & conjux ejus Otgart quendam ſervum cum uxore & filia & hubam illorum, item xx jurnales de terra aratoria cum ædificio ſuperpoſito, & pratum, & quidquid in *Muſchenheim* poſſederunt.

Super hæc donavit Irmina in *Wizelere* marca tres manſos, cum totidem hubis, & omni ædificio ſuperpoſito, & prata & quidquid ad ipſos manſos aſpicit cum omni jure & integritate.

Deinde tradiderunt Vodela & filius ejus Egilolf in *Wizelere* marca vjjjj jurnales de terra aratoria, & portionem ſuam in manſis, campis, pratis, & aliis rebus.

Ad hæc donavit Warburc pro animabus parentum ſuorum in *Ediriſtat* in *Liocher* marca, & in *Gruninger* marca, & in *Gulliner* marca, & in *Bercheim*, & in *Holzheim* duas hubas & vjj jurnales de terra aratoria cum manſis, campis, pratis, aquis.

Iterum ſub rege præfato & abbate Richbodone tradiderunt Engilgoz & conjux ejus Eckeſuint in *Wederer* marca medietatem in jus molendinum, cum manſis, terris, campis, aliisque rebus & mancipia duo.

MMMDCCLXV.

Defuncto autem Richbodone abbate, regnante adhuc Karolo imperatore, ſub abbate Adalungo tradidit Reginolt ex parte Rutbothi in *Buteſpachere* marca unum ſervum cum huba ſua, & quidquid ad ipſam hubam pertinet, & in *Bucchenheim* & in

Digitized by Google

Grediler marca & in *Cruſtiler* marca terram aratoriam & ſilvam, & in *Wezelere* marca unum jurnalem.

Item tradidit Werinbolt pro parte Erminfridi in *Holzheim* v mancipia cum omni peculiari eorum.

Tradiderunt quoque Hertuic & Lanther in *Rodeheim* pro animabus Adelwiz & Sigenant & Willenant xx jurnales, & manſum, & ſilvam cum reliquis rebus.

Item dederunt Cazo & Egilolfus in *Wizzeler* marca quidquid ibidem habuerunt in manſis, terris, campis & reliquis rebus.

Super hæc tradidit Meginhart in villa *Oſchenheim* ſuper fluvium *Wetera* manſum unum & xx jurnales de terra aratoria, & de pratis ad vjjj carradas cum omni integritate.

MMMDCCLXVI.

Poſt hæc anno xlv præfati regis Karoli ſub eodem abbate Adalungo tradiderunt Liwicho & conjux ejus Egina in *Wullenſtat* tres hubas, cum manſis, terris, & aliis rebus, & bifangum unum cum omni jure.

Sub eodem principe & abbate tradiderunt Blicker & conjux ejus Wolfburc in *Dorovelden* manſum unum & xxv jurnales de terra aratoria & de prato ad carradas duas & ſilvam, & omne jus, quod ad eos pertinuit.

MMMDCCLXVII.

Anno quarto Ludowici imperatoris ſub abbate prædicto donavit Herbo in *Wetereiba* inter *Burgenſtat*, & *Boclundar* & *Rodeheim* hubas x & quidquid in eiſdem locis proprietatis habuit

habuit in manſis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, ædificiis, & mancipiis xvjj cum omni peculiari eorum, aliaque mancipia vj ea ratione dedit, ut annis ſingulis unumquodque in feſto ſancti Nazarii duos denarios perſolvant, & de cetero liberi permaneant.

Tradiderunt quoque Meginolf & Wizlant in *Holzheim* quidquid juris poſſederunt.

Similiter Ruthart & Werdolf presbiter tradiderunt in *Wizelere* marca & in *Buodesheim* cuncta, quæ ſui juris erant.

Dedit præterea Walthelm presbiter in pago *Wethereiba* in *Holzheim* & in pago *Logenehe* in *Leucaſtre* marca & in aliis locis hubas xjj & aliud totum, quod ibidem habuit.

Super hæc tradiderunt Landrich & conjux ejus Adelwar in *Wizelere* marca XLjjjj jurnales & biſangum unum in *Oberenhove*, & jurnales v.

Inſuper dederunt Rudolf & Theodart in *Gawirida* xx jurles & de prato ad carradas tres & unum ſervum.

MMMDCCLXVIII.

Deinde anno quarto Ludowici regis junioris ſub Samuele epiſcopo & abbate tradidit Tremor in villa *Wizzila* aream unam ad dominicum opus, cum omni ædificio, & inſuper ſerviles xjj & totidem manſos, prata ad carradas L & mancipia xxjj.

Item tradiderunt Wibdo & Engilbirc in *Gloubero* marca duos jurnales.

Per idem tempus donavit Geroch in *Hohunſtat* quidquid hereditatis ſuæ habuit in manſis, terris, rebus mobilibus & immobilibus, & omnibus, quæ nominari poſſunt.

Dedit quoque in præfata villa *Eſchirich*, hubas vj prata ad carradas xvjjj, vineas jjj & mancipia xjjj.

MMMDCCLXIX.

Anno XXVI Ludowici ſub Thetrocho abbate tradidit Wacho in *Cruſtela* hubas v & biſangos jjj & mancipia xvjjj & quidquid proprietatis in eadem marca habuit.

His omnibus bonis addiderunt Gerhart & Gozhart in Wetereiba in *Oberenhove* manſum unum & prata ad xjjjj carradas & in *Baltradesheim* manſum unum cum ædificiis ſuperpoſitis, cum campis, pratis, ſilvis, paſcuis, perviis, aquis, & in *Muſchenheim* x jurnales per totum fiunt tres hubæ & inſuper mancipia tria.

Hæc omnia cum omni jure & integritate tradita ſunt ſancto Nazario a fidelibus Chriſtianis in pagis, ac locis præfatis, horum, & omnium qui bona devotione res ſuas Chriſto, & ſanctis ejus tradiderunt, animæ requieſcant in pace perpetua Amen.

MMMDCCLXX.

MMMDCCLXX.

Hae ſunt hubae quae attinent Langunge. (a)

Incipit enim a loco, qui dicitur *Rodesbach*, deinde ſuper medium *Staſuleshart*, inde ad *Lohhenſowe*, inde *Ginnesheimer Reine*, inde ad *Drieichlahha*, inde ad *Buchewege*, inde ad *Spirendilinger* marca, inde ſuper *Roſeshart*, inde ſuper *Cubereshart*, inde ſuper *Obendam*, inde iterum in *Rodesbach*. E hæc nomina virorum, qui juraverunt præſente Ruthardo comite & miſſo regis Ludowici junioris, quod ſecundum conſcriptionem iſtorum locorum ſemper eadem ſilva pertineret ad *Langunga*, & ita habuit eam in beneficium quidam vir nomine Folcrat, & poſt eum Oſter, donec ſub ipſo Oſtero ſervi regis de *Triburen* eandem ſilvam per vim intraverunt, & ſibi eam deinceps vendicare cœperunt.

Iſti ſunt, qui juraverunt, Rudoch, Liutuin, Unarc, Gozolach, Ratger, Liubuart, Bernher, Adelhelm, Godohelm, Berchtunc, Draſemunt.

Iſti ſunt qui audierunt, Ruthardus comes, Cilewart, Gernant, Rambertus, Heriwic, Hildebalt, Adelhun, Rutart, item Gernant, Adelhelm, Ruotwic, Altwin, Willefrit, & alii multi.

MMMDCCLXXI.

(a) Dedit Freherus *Orig. Palat.* part. I, pag. 50.

Digitized by Google

MMMDCCLXXI.
Donatio Herbi in Hucchenſtat.

Ego in Dei nomine Herbo dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, in pago *Wetereiba* in villa *Hucchenſtat*, & inter *Holunlar* & *Rodeheim* hubas x & mancipia xvjj ſtipulatione ſubnixa. Actum
15. Apr. in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Maji, anno IIII Ludowici imperatoris.

MMMDCCLXXII.
Donatio Hormaza in Holzheim.

1. Oct. In Chriſti nomine, die kalendas Octobris, anno XXIIII domini noſtri Karoli regis, ego Hornaz dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo, in pago *Wetereiba*, in villa *Holzheim*, quidquid Germundus habere viſus eſt, exceptis xxx jurnalibus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die & tempore quo ſupra.

MMMDCCLXXIII.
Donatio Bruni, in Otingenheim.

Nos in Dei nomine Brun & Albertus pro anima Erchenberti & matris ſuæ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, in pago *Lobodenenſi* in villa *Ottingheim*, manſos duos & vineam unam & jurnales xjjj de terra aratoria & prata ad carradas xjj ſtipulatione

tione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIIII kalendas Auguſti, anno XI Ludowici imperatoris. 24. Jul.

MMMDCCLXXIV.

Donatio Ricahrdi Wanendorphen.

Ego in Dei nomine Rihhart & conjux mea Abarhilt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſima voluntate confirmamus in pago *Logenehe* in villa *Wanendorpher* marca, & in *Sualbacher* marca quidquid habere videmur, in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & mancipia xxx ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VIIII kalendas Junii, anno XXVII Karoli regis. 24. Maj.

MMMDCCLXXV.

Donatio Odacheri clerici Hentſcuesheim.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Septembris, anno IIII Karoli regis, ego Odacher clericus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago *Lubedonenſi* in villa *Hentſcuhesheim* biſangum unum & mancipia duo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham tempore, quo ſupra. 1. Sept.

MMMDCCLXXVI.
Donatio Bernachari in Biſiſtat.

Ego in Dei nomine Bernacar pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuam eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago *Renenſi* in villa *Biſiſtat* duos manſos & de terra arabili jurnales xlij, de pratis vero jurnales xxv ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die VI nonas Decembris, anno XIII Ludowici imperatoris.

MMMDCCLXXVII.
Donatio Bertheit, Birſtat.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Adalungum, abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & feminam quandam Bertheit nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur memorata Bertheit in pago *Renenſi* in villa *Birſtat*, in opus eccleſiæ ſancti Nazarii, manſos duos & de terra arabili jurnales xvjjj, & de pratis jurnales x. Econtra dedit præfatus Adalungus abba in villa *Oppenheim* vineam unam, farinarium unum, jurnales x de terra arabili ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
10. Jun. ham, die IIII idus Junii, anno XVII Karoli regis.

MMMDCCLXXVIII.
Donatio Scorani in villa Birſtatt. (b)

Ego in Dei nomine Scoran pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in mo-

(b) Ejusdem Scorani ſimilis donatio legitur tom. 1, n. 169. pag. 285.

Digitized by Google

monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo in pago Renenſi in villa *Birſtat* unum pratum ad tres carradas ſeni, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III nonas Auguſti, anno III Karoli regis. 3. Aug.

MMMDCCLXXIX.

Donatio Bernheri in villa Birſtat. (c)

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Auguſti, anno XXVII Karoli regis, ego Bernher dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago Renenſi, in villa *Birſtat,* quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi die & tempore, quo ſupra. 23. Jul.

MMMDCCLXXX.

Donatio Turinberti in Birſtat.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Gundelandum, abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam Turincbertum nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent, quod & ita fecerunt. Dedit igitur præfatus Thurinbertus in villa *Birſtat*, quidquid de terra aratoria ibidem habere viſus eſt. Econtra dedit prædictus abba in pago *Wormatienſe* in villa *Brizenheim* jurnales xxxjj & de argento tres uncias ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-

(c) Conf. tom. 1, n. 174, pag. 288.

30. Oct. monaſterio Laurisham, die III kalendas Novembris, anno III Karoli regis.

MMMDCCLXXXI.

Donatio Meginheri in villa Bierſtat. (d)

Ego in Dei nomine Meginher & conjux mea Eugenia donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, in pago Renenſi in villa *Birſtat* unum jurnalem, & unam petiolam de prato, ſtipulatione ſubnixa.
17. Jun. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die XV kalendas Julii, anno XXIIII Karoli regis.

MMMDCCLXXXII.

Donatio Willeharii presbiteri Birſtat. (e)

17. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Junii, anno XXIII Karoli regis, ego Willeharius presbiter dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo in pago Renenſi, in villa *Bierſtat* mancipia quatuor cum omnibus, quæ habere videntur, & in pago *Spirenſi* in villa *Buckingen* manſum unum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi die & tempore quo ſupra.

MMMDCCLXXXIII.

(d) Eadem plane donatio tom. I, n. 175, pag. 288.

(e) Conf. tom. I, n. 172, pag. 287.

MMMDCCLXXXIII.

Donatio Engilae in Birſtat.

Ego in Dei nomine Engela pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, in pago Renenſi in villa *Birſtat*, quidquid habere videor, in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XV kalendas Septembris, anno III domini noſtri Karoli regis. **18. Aug.**

MMMDCCLXXXIV.

Donatio Geroldi Birſtat & Huſen. (f)

Item Geroldus tradidit ad ſanctum Nazarium martyrem, quidquid proprietatis habuit in *Birſtat* & in *Huſen*.

MMMDCCLXXXV.

Donatio Leobedagae in Birſtat. (ff)

Ego in Dei nomine Leobedage dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisſamenſi, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago Renenſi in villa *Birſtat* & in *Wizillin*, quidquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Auguſti, anno XX domini noſtri Karoli regis. **23. Jul.**

(f) Teſtes additos habemus l. c. n. 177, p. 289.

(ff) Adde tradit. tom. 1, num. 173, pag. 287.

MMMDCCLXXXVI.

Donatio Bernheri in Birſtat. (g)

Ego in Dei nomine Bernher dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, in pago Renenſi in villa *Birſtat* dimidium manſum a die præſenti dono, trado, atque transfundo, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
18. Jan. risham die XV kalendas Februarii, anno XIIII domini noſtri Karoli regis.

MMMDCCLXXXVII.

Donatio Frumoldi in Birſtat. (h)

11. Aug. In Chriſti nomine, ſub die III idus Auguſti, anno X Karoli regis, ego Frumolt dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo in pago Renenſi in villa *Birſtat*, quidquid habere videor de terra arabili, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham tempore quo ſupra.

MMMDCCLXXXVIII.

Donatio Turinberti, in Birſtat. (i)

In Chriſti nomine, ſub die menſis Novembris, anno XVI Pippini regis, ego Turinbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore

(g) Vid. ibidem n. 171, p. 286.

(h) Ibid. n. 170.

(i) Prolixior hæc donationis charta tom. 1, n. 167. pag. 284.

Digitized by Google

pore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſt volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago *Renenſi* portionem meam de manſo ad ipſum clauſtrum faciendum, & in *Birſtat* manſum unum & pratum uunm & de terra aratoria jurnales vj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham tempore quo ſupra.

MMMDCCLXXXIX.

Donatio Turincberti, & filii mei Ruperti Birſtat. (k)

In Chriſti nomine, ſub die III idus Junii, anno II Karoli regis, ego Turincbertus, & filius meus Rupertus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, in pago Renenſi in villa *Birſtat* dimidium manſum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, tempore quo ſupra. 11. Jun.

MMMDCCXC.

Donatio Reginwardi in Birſtat.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Richbodonem, abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam Reginwardum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus Reginwart in pago Renenſi in villa *Birſtat* xjj jurnales de terra, & prata ad carradas x, econtra dedit Richbodo abba in pago *Wormatienſe* in villa *Aburinesheim* xvj jurnales de terra, & vineam unam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham x kalendas Octobris anno XXI Karoli regis. 22. Sept.

MMMDCCXCI.

(k) Paulo aliter l. c. n. 168, pag. 285.

Digitized by Google

MMMDCCXCI.

Donatio Egilolfi in Birſtat. (I)

Ego in Dei nomine Egilolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit iu corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, in pago Renenſi in villa *Birſtat*, terciam partem de manſo & xjj jurnales de terra, de pratis ad carradas novem, unde accepi de rebus ſancti Nazarii v (libras) argenti, & ipſam rem tradidi de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſte-
17. Aug. rio Lauriſſamenſi die XVI kalendas Septembris, anno X Ludowici imperatoris.

MMMDCCXCII.

Donatio Nantolfi in Zullenſtein. (II)

Ego in Dei nomine Nantolf & conjux mea Geila donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo in pago *Renenſi* in villa *Zullenſtein* quidquid habere videmur, in auro, argento, in rebus mobilibus & inmobilibus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
18. Jul. ſterio Laurisham, die XV kalendas Auguſti, anno XXXVIII Karoli imperatoris.

MMMDCCXCIII.

(I) Conf. tom. I, n. 176, p. 289.

(II) Ibidem n. 179, p. 291. Mirum quanta libertate uſi ſint Laurishamenſes monachi in deſcribendis ſuis donationum exemplaribus. Miraberis nobiſcum, ſi hæc cum iis, ad quæ ablegamus, contuleris,

Digitized by Google

MMMDCCXCIII.

Donatio Hemerici comitis in Babeſtat. (m)

Ego in Dei nomine Heimericus comes dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauriſſamenſi, ubi venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, in pago *Renenſi* in villa *Babeſtat*, quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XII kalendas Februarii, anno XIIII Karoli regis. 21. Jan.

MMMDCCXCIV.

Donatio Uri & Fricconis in Uffingen.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Septembris, anno 18. Aug. XXI Karoli regis, ego Uro pro anima Fricconis dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, in pago *Neckergowe* in villa *Uffingen* xvj jurnales & pratum unum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, tempore quo ſupra.

MMMDCCXCV.

Donatio Sigefridi in Hemmingeſtorff.

Ego in Dei nomine Sigefrit & conjux mea Edelint & filius noſter Huohi donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, in pago *Osninge* in villa *Hemingeſtorph*, hubas vj, cum quibus v veſtitæ ſunt, ſexta vacua eſt, & in *Surire* marca ſilvam ad porcos L ſaginan-

(m) Pluribus longe verbis eadem hæc donatio legitur tom. 1, n. 178, p. 290. Heimericus comes filius fuit Cancronis comitis ſecundum chron. Laur. ibid. p. 8.

nandos, & mancipia xjjjj, & prata ad carradas xv ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die XIIII
18. Sept. kalendas Octobris, anno XII Ludowici imperatoris.

MMMDCCXCVI.

Donatio Gozmari.

25. Jul. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Auguſti, anno XXXII Karoli regis, ego Gozmar & conjux mea Willeſuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, in pago *Arahaſelt* ſuper fluvium *Adrina* quatuor hubas veſtitas, & terram indominicatam ad duas carrugas (n) ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die & tempore, quo ſupra.

MMMDCCXCVII.

Donatio Hohwardi Hunſetti.

Ego in Dei nomine Hohowart dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, in pago *Teſtrebenti* in villa *Hunſetti* & in villa *Buria* manſum unum & ſervum unum cum pecculiari ſuo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas
25. Aug. Septembris, anno IIII Karoli regis.

MMMDCCXCVIII.

(n) Vox hæc varia ſignificat, rhedam præcipue ſeu vehiculum opertum, & aratrum. Hinc Gallorum *caroſſe* ad ſenſum priorem, *charrue* ad poſteriorem.

MMMDCCXCVIII.
Donatio Godeberti.

In Chriſti nomine, ſub die XVII kalendas Septembris, anno VIII Karoli regis, ego Godebertus dono pro remedio animæ meæ & conjugis meæ, ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, in villa *Wudares ambachte* unum manſum & illam baſilicam, quæ ibi ſita eſt, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die & tempore quo ſupra. 16. Aug.

MMMDCCXCIX.
Donatio Folcradi in Flandren.

